Dñica i quinagesima. **S**ilinguis hominum. Ex epistola. i. ad Corinthios cap. xij. In quo apostolus differit de Charitatis excellētia. Et quantum ad eius necessitatem: quia sine illa cetera dona nihil valēt. Linguis hominum. quia inter spiritus sancti dona est linguarum. & angelorū. per quos hominibus multa reuelant. Aes & cymbalum. ex quibus non resulat nisi merus sonus. Tinniens. est metalli percussio crepitus. Peritus: mendosum tinniat auro Prophētia. id est cognitionem occultorū: quod etiam est spiritus sancti donum. Fidem. quæ etiā ad cognitionē pertinet. Ut montes transferam. ad illud saluatoris alludit. Nihil sum. id est nullius valoris. Omnes facultates. Ex saluatoris quoque cōsilio. Matthei. xix.

Si vis esse perfectus: vade & vende omnia quæ habes: & da pauperibus. Ut ardeam. id quod multi martyres fecerunt. Nihil prodest. quia charitas facit omnia illa meritoria. Charitas patiens est. Hic deinde commēdat charitatem ab utilitate. Patiens. aduersitatum. Benigna. alijs beneficiando. Non emulatur: id est non inuidet bonis proximis. Perperam. id est peruerse aut inconstanter. Non inflatur: id est non superbit. Ambitiosa. In honoribus appetendis. Quæ sua sunt: id est utilitatē suam. Non irritatur. scilicet

quod remissas manus: & genua dissoluta erigite. Et gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret: magis autem temanetur. Pacē sequimini cū omnibus & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. Contemplantes ne quis desit gratiæ dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur: & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator: aut profanus (ut Esau) qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hereditare benedictionē reprobat⁹ est.

Dñica in. i. Pauli ad Corin. prima. Ca. xij. **F**Ratres. Si linguis hominum loquar & Angelorum: charitatem autē nō habeam: factus sum velut æs sonans aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophētia: & nouerim mysteria omnia: & omnē scientiam: & si habuero omnē fidem: ita ut montes transferam: charitatē autē nō habeam nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatē autem non habuerō: nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas nō emulatur: nō agit perperam: non inflatur: non est ambitiosa: nō querit quæ sua sunt: nō irritatur: non cogit

ad iram. Non cogitat. id est cogitare finit. Suffert. condolendo proximis. Credit. quæ sunt credenda per fidem. Sperat. quæ sunt speranda christiano. Sustinet. per animi æquanimitatem. Charitas nunquā a stabilitate commēdat charitatem. Prophetia. quæ cessabit in patria. Lingua. quia non erit iniqua vsus. Scientia. quia sola dei contēplatio manebit. Ex parte. i. nō perfecta

sciētia aut prophēcia. Quæ perfectū est. i. charitas. Cum esset. per exēplū ex seipso ostendit id quod dixit. Ut paruulus. habet butires & ignar⁹ & inania cogitans. Per speculū. quia per hęc quæ videmus in dei cognitionem tamē imperfectā. In enigmate. i. in figura: quia alias res: alias intelligimus. Tunc. s. in patria. Facie ad faciem. i. clare & non per figurā. Sicut cognitus sum. s. a deo: & sicut: non significat in hoc loco equalitatem: sed longinquā similitudinem. Fides & spes. quas dixit imperfectas: & in hac vita ad salutē necessarias. Sed charitas est maxima harum trium: quia non cessabit in patria sicut fides & spes.

Feria. iij. in capite ieiunij.

Lectio Iohelis. Cap. ij.

Hæc dicit dñs. Cōuertimini ad me in toto corde vō: in ieiunio & fletu: & plāctu: & scindite corda v̄ra: & nō vestimēta v̄ra. Et cōuertimini ad dñm deum vestrū: quia benignus & misericors est: patiens & multæ miæ: & p̄stabilis sup malicia. Quis scit si cōuertat & ignoscat deus & relinquat post se b̄ndictionē: Sacrificiū & libamē dño deo n̄ro. canite tuba in sion: sanctificate ieiunium: vocate cœtum: congregate populum: sanctificate ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos & iugentes vbera.

maximā calamitatē dvenere. Misericors & patiens: quia peccatores ad penitentiā expectat: ut misereat. P̄stabilis. i. peccata remittēs. nā actiue ponit: quod est ratio: in verbalib⁹ terminatis. in. b̄lts. Malicia. i. peccō. Quis scit. in persona prophetę. hoc dicit. quia dñs b̄n̄ scit. Sacrificiū & libamē. idē est: & subaudi fiat.

Sciētia aut prophēcia. Quæ perfectū est. i. charitas. Cum esset. per exēplū ex seipso ostendit id quod dixit. Ut paruulus. habet butires & ignar⁹ & inania cogitans. Per speculū. quia per hęc quæ videmus in dei cognitionem tamē imperfectā. In enigmate. i. in figura: quia alias res: alias intelligimus. Tunc. s. in patria. Facie ad faciem. i. clare & non per figurā. Sicut cognitus sum. s. a deo: & sicut: non significat in hoc loco equalitatem: sed longinquā similitudinem. Fides & spes. quas dixit imperfectas: & in hac vita ad salutē necessarias. Sed charitas est maxima harum trium: quia non cessabit in patria sicut fides & spes.

¶ F̄ra. iij. in capite ieiunij.

Convertimini ad me. Ex Iohelis propheta. cap. iij. In quo postea quæ propheta p̄dixit desolationē futuram quattuor illorū regnorū. Nūc incipit exhortari populū ad penitentiā: ut emereat miam & consolatio n̄. Toto corde. i. non simulatē. Non vestimēta. quod factitari legit⁹ sepe in sacris lit̄is ab̄ns qui in

EPISTOLAE

Tabula. ad populi conuocationem. Sacrificate ieiunium. i. per ieiunium vos sanctos efficit. Sponsus de cubili. quia tempus amplexandi, & tempus iocunde fieri ab amplexibus. Eccl. iij. Vestibulum. pars templi exterior. Et altare. quod est intra templum. Plorabunt. pro plorant. indicatius pro imperatuo. Parce. s. a pena pro peccato abstinere. Hæreditatē. s. iudeam. Opprobriū. i. p. brosam seruitutem. vbi est deus eorum. irrisio est exprobratū hostiū: hoc est sarcasos. zelatus est. consolationū dei post poenitentiā prædicat. & in primis pollicet terre fertilitatē. Mittam frumentū. in persona dñi hoc dicitur: cōtra sterilitatem quā fuerat interrimus natus. Opprobriū gentibus cōtra illud quod supra dixit. Hæreditatē in opprobrium.

¶ Feria. v. sequenti.

A Egrotauit Ezechias. ex Esa Cap. cxxxviii. i. q. post ea q. propheta descripsit liberationē ab hoste. hic consequenter ponit eius sospitatē a morbo in quē inciderat: vsq. ad mortē: id est morbo incurabili. Filius Amos. non is qui fuit vn⁹ de duodecim prophetis minoribus: sed & alius & ipse ppheta. Dispone. vt sic dicā fac testamētū. Ad parietē: vt atrēt⁹ eraret. In veritate. nō hoc dicit imputando bona q. fecit: sed magis ostēdēs se gratū de beneficijs acceptis. Dies tuos. an te hac exactos. Ecce ego ad iñciā. hoc signū p. tinet ad p. missi cōfirmationē: q. de horologio subiungit. Regis assiriorū. qui gerēbat bellū cum hebrejs. de quo in præcedenti capite dixerat: quod angelus domini percussit in castris Assiriorum centum octoginta quinque milia.

Egredietur sponsus de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes & leuitę ministri dñi: & dicent. Parce domine: parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobriū: vt dominantur eis nationes. Quare dicit in populis: vbi est deus eorum? Zelatus est dominus terram suam: & pepercit populo suo. Et respondit dominus: & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum: & vinū: & oleum. Et replebimini in eis. Et non dabo vobis vltra opprobrium in gentibus. Dicit dominus omnipotens.

Feria. v. Esaię prophete. Cap. xxxviii.

Indiebus illis. Egrotauit Ezechias vsq. ad mortem: & introiit ad eū Esaias fili⁹ Amos propheta. & dixit ei. Hæc dicit dñs. dispone domui tuę: quia morieris tu: & nō viues. Et conuertit Ezechias faciē suā ad parietem: & orauit ad dñm: & dixit. Obsecro domine: memento quæso quomō ambulauerim corā te in veritate: & corde pfecto: q. bonū est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factū est verbum dñi ad Esaiā prophetā: dicens. Vade: & dic Ezechię. Hæc dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationē tuā: & vidi lachrymas tuas. Ecce ego ad iñciā sup dies tuos quinquaginta annos: & de manu regis Assiriorum eruiam te: & ciuitatem istam: & protegam eam. Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria sexta sequenti.

Clama ne cesses. Ex Esaia. cap. lvij. Quamquam hebreorum quidam hæc prophetae verba aliter interpretantur: de Christo veniuro commodius intelliguntur. Clama ne cesses. Verba sunt patris ad Christum hominem. Quasi tuba. id quod Christus in predicatione fecit euangelij. Populo meo.

Feria sexta: Esaia: propheta: Cap. lvij.

Haec dicit dominus. Clama ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo meo scelera eorum & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt: & scire vias meas volunt: quasi gens que iustitiam fecerit. & quae iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiae: & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliauimus animas nostras: & nescistis. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem vt audiat in excelsis clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi: per diem affligere hominem a ieiunio sua: Nunquid istud vocabis ieiunium: & diem acceptabilem domino: Nonne hoc est maius ieiunium: quod elegi: Dissolue Colligationes impietatis: solue fasciculos deprimetes. Dimitte eos qui confacti sunt liberos: & omne onus eorum dirumpere. Frange esurientis panem tuum: & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum: & carnem tuam ne despexeris. Tunc eris quasi mane lumen tuum:

scilicet iudaeorum. Domus Iacob. qui dicitur etiam israel. Me querunt. legendo verba legis: vt boni videantur apud plebem. Volunt subaudiri: quod Iesus saluator obijcit arguendo illos de hypocrisis. Non dereliquerit. cum fecerit contrarium. Rogant me. vt opituleris contra persequentes. Volunt appropinquare. cum re vera aliud faciant. & in sui commendationem dicunt. Ieiunauimus. hoc & pharisaeus ille impurat: quod ieiunabat tibi sabbato. Huius militauimus in cinere & sacco. Et nescisti: id est dissimulasti te nescire. Ecce in die. Verba sunt domini exprobrantis iudeorum arrogantiam simul & simulationem. Voluntas vestra id est voluntatis prauitas. Debitores repetitis. contra illud orationis dominicae. dimitte nobis sicut nos dimittimus. Percutitis pugno iniuriam proximo intrentes. Vt audiat. id est si vultis praeter vestras a deo exaudiri. Quod elegi: id est quod ego approbo. dicit dominus. Affligere animam per carnis abstinentiam. & in istis terminis haec pauca verba: nunquid contorque

re quasi circulum caput suum: & faciem: & cinerem se in cinere: deinde inserit. Nunquid istud vocabis ieiunium. subaudi acceptum & approbatum merito: Nonne hoc quod sequitur. Abstinerere a malo: & facere bonum. Colligationes impietatis. quia iudaei principes intendebant calumnias & cautes

EPISTOLAE

las pauperibus quibus illorum postea diripiebant bona. fasciculos. i. onera incoportabilia. De quibus Matthaei. xxiij. alligant onera grauias. Contracti sunt. i. in seruitute detenti. & subdit alia misericordiae opera. Erumpet lumen tuum. quia orietur tibi sol iustitiae. Sanitas. a peccati morbo. Anteibit iusticia. per angelum te custodiens: qui altat dei presentia. Colliget te. in die mortis. Quia misericors. hoc adiectum est: quia in hebraeo non habetur.

¶ Sabbato sequenti.

Si abstuleris de medio Verba sunt eiusdem prophetae quae sequuntur post superioris prophetiae finem. dicit igitur. Si abstuleris catenam. scilicet qua tenebas in pediditum tuis cauillationibus. Extendere digitum notatio alios de infamis. ut poete dicunt medium porrigendo digitum. Effuderis animam. id est misericordiae affectum. Repleueris. ex paupertate subleuanda. Lux tua. id est auferentur tibi tenebrae in quibus errabas. Requiem. id est mentis pacem. Ossa tua. ab infirmitate liberum reddet. Hortus irriguus. i. fertilis ex eo quod frequenter rigatur. Edificabitur deserta: quae etiam tuo exemplo alios ad te allicies qui erant abalienati. Edificator sepium. id est spinarum ex quibus hortis praeceduntur sepias. Semitas in quietem: id est vias angustas in latitudinem deducens. A sabbato pedem: id est nihil male perpetraveris. Facere: id est ad faciendum aliquid pro libidine tua. Delicias. vacando tantum rebus diuinis & abstinendo a labore. Glorificaueris cum: id est honoraueris. Vias tuas in quibus ante hac ambulabas. Vos

& sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iusticia tua: & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet. Clamabis & dicet adsum. Quia misericors sum Dominus deus tuus.

Sabbato. Esaias prophetae. Cap. lviij.

Haec dicit dominus deus. Si abstuleris de medio tui catenam: & defieris digitum extendere: & loqui quod non prodest: cum effuderis esurienti aiam tuam & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua: & tenebrae tuae erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper: & implebit splendoribus aiam tuam: & ossa tua liberabit. & eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarum cuius non deficiet aqua. Et edificabunt in te deserta saeculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium: auertens semitas in quietem. Si auerteris a sabbato pedem tuum: & facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaueris sabbatum delicatum: & sanctum domini gloriosum: & glorificaueris eum: dum non facies vias tuas: & non inuenieris voluntas tua vel loquaris sermonem: tunc delectaberis super domum deo tuo. Et sustollam te super altitudinem terrae: & cibabo te haereditate

ris cum: id est honoraueris. Vias tuas in quibus ante hac ambulabas. Vos

luntas tua id est pars irrationalis: sed omnia per rationem expedit. Delectaberis. quia consolabitur te dominus. Sustollam te. in contemplationem rerum diuinarum. Hæreditate patris. cuius christiani: sunt veri hæredes ex hæredatis iudeis.

¶ Dominica in quadragesima.

tate iacob patristui Os enim domini locutum est hæc.

Dominica in. xl. Beati Pauli ad
Corinthios. ij. Cap. vi.

FRatres hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te. & die salutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustiis: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus: in vigiliis: in ieiuniis: in castitate: in scientia: in longanimitate: in simplicitate: in spiritu sancto: in charitate non ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticie a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti. Quasi morientes & ecce viuimus: vt castigati: & non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes & omnia possidentes.

is est equanimiter inter prospera & aduersa se habere: per gloriam ecce prospera: per ignobilitatem ecce aduersa. nam obicitur a plis ignobilitas

Hortamur vos. Ex epistola ad Corinthios. cap. vi. In quo postquam apostolus commendauit ministerium noui testamenti. hic hortatur alios ad executionem debitam huius ministerii & armat eos sicut milites. quatuor virtutum scardinibus. Et primo in fortitudine dicens: Adiuuantes. id est cooperantes cum deo quasi ministri. In vacuum: id est in vanum sed dicit quædam gratia dei non est in manu mea. subiungit. Tempore accepto. id est nouæ legis. Et est Esaiæ. xlix. Die salutis. sub saluatore christo viuentibus. Nemini dantes. id est nolimus dare scandalum & offensionem. Exhibeamus pes præfens legendum est sicur in greco exhibemus. In multa patientia: quæ est fortitudinis pars. In castitate & ieiuniis. quod est temperantie opus. In scientia quod est opus tertie virtutis: hoc est prudentie: cui adiungit longanimitatem charitatem & veritatem. Per arma iusticie: quod est vltimæ virtutis cardinalis opus. A dextris & a sinistris: id est se cûdorum & aduersorû. quia virtus

EPISTOLAE

Infamia & bona fama. Eodem modo sunt exponenda. & que sequitur. Sed ductores & voraces. Noti & ignoti. Morientes & viui. &c. quia opinione quorundam reputabantur infodices & miseri. aliorum vero felices ipsi vero se ipsos beatos existimabant.

¶ Feria secunda sequenti.

Ecce ego ipse requiram. Ex Ezechiele. cap. xxxiij. In quo postea dixit propheta. verba sua dei iustu contra pastores israel & pollicitus est populo suo consolationem. hoc in loco ponit consolationis effectum. dicens. Ego requiram. &c. Et videtur translatione nota ex postore & grege. Ex omnibus locis. vbi fuerant dispersæ. In terram suam. vt dicit psalmista. In loco pascue ibi me collocabit. In montibus israel. hoc in ecclesia fidelium. & omnia iusta sunt per allegoriam. Accubare quod faciunt oves postquam passæ sunt. nam cubares que passæ sunt rumirant. Quod perierat. i. negligentia postoris de perditum. Abiectum. id est fractum seu iucia pastoris. Confractum vulneratum quæ faciunt chirurgi. Infirmum. scilicet alio quouis morbo.

¶ Feria. in sequenti.

Querite dominum. Ex Esaiæ. cap. lv. In quo excitat humana diligentia ad inquirendum deum tempe gratie. Dum potest. id est sum in tempore quo id possumus facere. non post mortem non licebit. Cum prope est. i. paratus ad exaudiendum. & quia peccatores deus non exaudit. subditur. derelinquat impius viam suam. id est mala que ante hac operatus est. & reuertatur per penitentiam. Miserebitur dans deo illi gratiam. Multus est. id est pronus & benignus. Non enim. verba sunt prophete in persona dei. Cogitationes meæ. quia ego non sum odij pertinax

Feria secunda Ezechiele prophete. Cap. xxxiij.

HAccidit dominus. Ecce ego ipse requiram oves meas; & visitabo illas; sicut visitat pastor gregem suum in die: quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oves meas; & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. & reducam eas populis; & congregabo eas de terris; & inducam eas in terram suam. & pascam eas in montibus israel in riuibus & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberissimis pascam eas; & in montibus excelsum israel erunt pascuæ earum; ibi requiescent in herbis viuentibus; & in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Ego pascam oves meas; & ego eas accubare faciam; dicit dominus deus. Quod perierat requiram; & quod abiectum fuerat reducam. & quod confractum fuerat alligabo. & quod infirmum fuerat consolidabo. & quod pingue & forte custodiam; & pascam illas in iudicio & iusticia. Dicit dominus omnipotens.

Feria secunda Esaiæ prophete. Cap. lv.

In diebus illis. Locutus est Esaias propheta dicens. querite dominum; dum inueniri potest. inuocate eum. dum prope est. Derelinquat

vt vos estis: sed sum ad miam procliuus. Sicut exaltantur. comparatio est: sed quæ non equiparat ea quæ comparantur: nam finiti ad infinitum nō est proportio. Et quomodo descendit. comparatio est aptissima: per quam exprimitur Christi descensus ad hominis naturam suscipiendam & est manifesta lectio. sed pluuia & nix non reuertitur sub formam nix & pluuia: sed

impius vltimū: & vir iniquus cogitationes suas & reuertitur ad dñm: & miserabitur eius: & ad deū in m: qm̄ multus est ad ignoscendum. Non em̄ cogitationes meæ cogitationes vestrae: necq; viæ meæ. vię vestrę dicit dominus. Quia sicut exaltatur cœli a terra: sic exaltatę sunt viæ meę: a vijs vris: & cogitationes meę a cogitationib⁹ vris. & quō descendit imber & nix de cœlo: & illuc vltra nō reuertitur: sed inebriat terram: & infundit eam: & germinare eam facit: & dat sementi: & panem comedenti: sic erit verbū meū: quod egreditur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuum: sed faciet quęcūq; voluit: & prosperabitur in his ad quę misit illud. Ait dominus omnipotens.

Fer. iij. Lectio libri. Exodi. Ca. xxiiij.

IN diebus illis. Dixit domin⁹ ad Moysen. Ascende ad me in montem: & esto ibi: daboq; tibi duas Tabulas lapideas: & legē ac mandata quæ scripsi: vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius. Ascendēsq; moyses in montē dei: seniorib⁹ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & hur vobiscū: si quid natiuum fuerit questionis: referetis ad eos. Cūq; ascendisset Moyses: operuit nubes montem: & habitauit gloria domini super sinai: tegē illum nube sex diebus. Septimo autē die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorię dñi: quasi ignis ardens in nube illum vocauit. Quasi ignis: qui erūpens de nube sedebat in sublimē

per exhalationē. sic verbum domini: id est christus nō reuertetur ad patrem vacuum: sed inferō rū spolijs onustū. Quęcūq; voluit. quę per ipsum fieri disposuit. Prosperabitur: qm̄ omnia illi ex sentētia pcedit.

¶ Fer. iij. sequenti.
Dixit dominus ad Moysen. ex Exo do. capi. xxiiij. in quo postea quæ deus tradidit p Moysen præcepta moralia & iudicialia. hic disponit illum ad tradenda cerimonialia: dicens. li. Ascende in montem: scilicet sinai & sol⁹. Esto ibi: subaudi quoad aliud iussero. Ascendens. i. dum est in ipso articulo ascēdendi. Seniorib⁹. i. illis sēptuaginta quibus cōmiserat gubernatiōis curā. Reuertamur. i. ego & Iosue. Aaron. fratrem Moysis. Hur. s. maritum anagororis Moysis. Quęstio nis. i. litigij aut controverſiæ. Referetis ad eos: id est ad illorum iudiciū: Ascendit ēz Moyses. reliq; Iosue in mōris articulo sive humero. Operuit montem quod erat signum presentis domini. Sex diebus. anteaquā illum dominus aliques reuertur: nihilominus tamē & postea nubes persisterit quia & septimo die de

EPISTOLAE

ta vt posset in castris videri. In montem. i. montis verticē. Quadraginta diebus. hoc praefigurabat quadraginta dierum ieiunium quod facit ad rem: quemadmodum & quod sequitur de Helia propheta.

Venit Helias in Bersabe. ex. iij. Regum volumine cap. xix. In quo posita dicitur qd Izabel regis Achab vxor minata est mortem Heliae propterea quod occidit prophetas Baal: nunc scribitur quomodo fugiens regione Helias venit in Bersabe iuda, & adiecit iuda. quoniam est altera eiusdem nominis in tribu Simeonis. Io. iue. xiiij. Puerum suum filium muleris quem suscitauerat. Anteq̄ fug: id est petiuit a deo mortē. Iuniperus arbor est quibusdā in locis adeo ramis protentis vt vmbra faciat. Vergilus in bucolicis. Iuniperi grauis vmbra. Obs dormiuit. ex itinere labore fessus. Subcinericius panis. cuiusmodi panes etiam hodie muleis in locis fiunt: qui etiam in tribus regum: & Paralipomenonis collyridae suae collyridae vocant. In fortitudine. quoniam etiam ex natura sua plurimum alimentum habet: vnde athletis ministrabatur. Iuuenalis comedūt colliphia paucē. In Oreb. Mons est regione Madian non longe a syna. Eusebius rament in Topographia locum esse dicit trās iordanem.

Feria. iij. sequenti. Factus est sermo domini. Ex Ezechiele propheta. cap. xvij. in quo supponendum est: quod iudaei conquererentur dicentes: quod deus illos puniebat non pro suis

super verticem montis in conspectu filiorum israel. Ingressusq; Moses medium nebulae: ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Lectio libri Regum. iij. Cap. xix.

In diebus illis. Venit Helias in Bersabe iuda: & dimisit ibi puerum suum & perrexit in desertum viam vnus diei. Cumq; venisset & sederet subter vnam iuniperum: petiuit animae suae vt moreretur. Et ait. Sufficit mihi domine: tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Projecitq; se & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: dixitq; ei. Surge comede. Et respexit: & ecce ad caput suum subcinericius panis: & vas aquae. Comedit ergo: & bibit: & rursus obdormiuit. Reuersusq; est angelus domini secundo: & tetigit eum dixitq; illi. Surge comede: grandis enim cibus restat via. Qui cum surrexisset: comedit & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsq; ad montem dei Oreb.

Feria quinta. Lectio Ezechiele prophetae Cap. xvij.

In diebus illis. Factus est sermo domini ad me dicens. Quid est quod inter vos parabola vertitis in prouerbum istud in terra israel dicentes. Patres comederunt vnam acerbam: & dentes filiorum obstupescunt: Vtuo ego di

dit dominus deus. Si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in israel, ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, & vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iusticiam; in montibus non comederit; & oculos suos non leuauerit ad idola domus israel; & vxorem proximi sui nõ violauerit; & ad mulierem menstruã non accesserit & hominem non contristauerit; pignus debitori reddiderit; per vim nihil rauerit; panem suum esurienti dederit; & nudum operuerit vestimento; ad vsuram non commodauerit; & an. plus nõ acceperit; ab iniquitate auerterit manum suam; & iudicium verum fecerit inter virum & virum; in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem; hic iustus est. Vita viuet ait dominus deus. Quod si genuerit filium latronem effundẽtem sanguinem; & fecerit vnum de istis; & hæc quidem omnia non facientem; nunquid viuet non viuet. Cum vnũuersa hæc detestanda fecerit; morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium; qui vidẽs omnia peccata patris sui quæ fecit timuerit; & nõ fecerit simile eis; & iudicia mea fecerit; & in præceptis meis ambulauerit; hic nõ morietur in iniquitate patris sui; sed vita viuet. Pater eius quia calumniatus est; & vim fecit fratri; & malum operatus est in medio populi sui; ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem patris; Videlicet quia filius iudicium; & iusticiam operatus est. Omnia præcepta mea custodiunt; & fecit illa; vita viuet. Ait dominus omnipotens,

sed pro parentum delictis, ad quorum confessionem proponit. parabola ex Prouerbio habentem fundamentum dicens. Quid est hoc? Et sunt verba dei. Est autem parabola genere dissimilium comparatio. Pro uerbium vero, quæ a grecis dicitur paroemia; sententia, rebus, temporibusque accommodata, igitur dicitur quod similitudo versa est in sententiã. Comederunt uiam, id est peccauerunt. Obstruxerunt, id est luerunt peccati poenam. Vius ego, iurandi est forma apud hebræos. Si erit, quasi dicat nõ erit, sicut illud psalms. Si intras hunc in requiem meam, ipse morietur, non filius patris. Et vir, per exemplum ostendit quod dixit. In montibus, ubi erant idola indigenarum, Vnde & de bonis regibus in libris Regum quod abstulerunt excelsa. Pignus debitori, in suprema necessitate illius rei constituto. Iudicium fecerit, sumptus arbitri inter disceptantes. Quod si, exemplum a contrario de filio peruerso hominis iusticiæ operibus cuius opera contraria repetit. Cum vnũuersa hæc, non collectivè sed distributivè pro quolibet illum. Quod si, exemplum de filio iusto patris iniusti. Et omnia sunt ex superioribus manifesta.

Feria, vi. sequenti.

EPISTOLAE

Anima que peccat
uerit. Ex eodem
cap. xviii. Ezechie-
lis. Vbi postea q̄ superio-
ra colligit: ponit exēpla
de auerentibus se a pro-
posito: & primo de ma-
lo in bonum. Omnia prę-
cepta. nam peccās in vno
factus est omnium reus.
Non recordabor. puniē-
do eternaliter. puniētur
tamē temporaliter. Si au-
tem auerterit se iustus.
Ponit exēplum de auer-
tente se a bono in malum.
Iusticię quas fecerat. scilicet
tempore gratię. Nō
recordabūtur. genus ver-
bi posuit p̄ genere: hoc
est deponens pro actiuo.
Et dixistis. subaudi ma-
le de me opinantes. Non
est equa. sic puniēdo quē
admodū est dictū. Quā
auerterit se impius. & ex-
plum a contrario & su-
periora colligens: vnum
quęq̄ iuxta vias suas ius-
dicabo: id est secundum
opera quę gessit.

Sabbato sequēti.
Loquutus est Moy-
ses. Ex Deuterono.
Cap. xxvi. In quo
postea q̄ posuit legis p̄-
cepta nunc dicit q̄ debet
homo esse gratus de bez-
neficijs a deo acceptis: &
quomodo sit a deo prę-
caturus. De sanctuario.
quid si sanctario potius
esset legendum: nam san-
ctaria sunt vbi sanctę re-
ponuntur res. Habiracu-
culo cœlorū: quia cœlū
cœli dñi: tamen in terra
quoc̄q̄ illi habitaculū cō-
struitur ad illius cœlestis

Feria. vi. Ezechieis pphetę. Cap. xviii.
Haec dicit dominus deus. Anima que
peccauerit ipsa morietur. Filius non
portabit iniquitatem patris. & pater nō por-
tabit iniquitatē filij. Iusticia iusti super eū erit:
& impietas impij erit super eum. Si autē im-
pius egerit pœnitētiā ab omnibus pecca-
tis suis quę operatus est: & custodierit vni-
uersa p̄cepta mea: & fecerit iudiciū & ius-
ticiā: vita viuet & non morietur. Omnium ini-
quitatū eius quas operatus est: non recorda-
bor. In iusticia sua quam operatus est viuet.
Nungd volūtatis meę est mors impij (dicit
dñs deus) & non vt cōuertat a vijs suis: & vi-
uat: Si autē auerterit se iustus a iusticia sua:
& fecerit iniquitatē secundum omnes abomi-
nationes: quas operari solet impius: nūquid
viuet: Omnes iusticię eius quas fecerat: nō
recordabuntur. In p̄uaricatione sua qua
p̄uaricat⁹ est: & in peccato suo quod pec-
cauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Non est
æqua via domini. Audite ergo dom⁹ israel.
Nunquid via mea nō est æqua: & nō magis
vię vestrę prauę sunt? Cum em̄ auerterit
se iustus a iusticia sua, & fecerit iniquitatem:
moriatur in eis. In iniusticia sua quam opera-
tus est: morietur. Et cum auerterit se impius
ab impietate sua quam operatus est: & fece-
rit iudiciū & iusticiā: ipse animam suam
uiuificabit. Considerās em̄ & auertens se ab
omnibus iniquitatib⁹ iuis: quas operat⁹ est:
vita viuet & non morietur. Dicit dominus
omnipotens.

Sabbato. Lectio Deuterono. Cap. xxvi.
In diebus illis. Loquutus est Moyses ad
dñm dicēs. Respice domie de sanctuario
tuo: & de excelso cœlorū habitaculo: & be-

maginem. Hodie dominus. De obedientia in divinis mandatis. Et dicit hodie pro eo quod est semper. quale est illud. Ego hodie genui te. & quod sequitur d. dominum elegisti hodie. & tunc terminat. ex quo legitur illius in monte Sinai receperisti. & hodie elegit te eodem modo est exponendum. Peculiaris. id est proprius a peculio. quod est proprium eius qui servit. Excelsior nedic populo tuo israel: & terra quam dedisti nobis: sicut iurasti patribus nostris: terra lacte & melle mananti. Audi israel. Hodie dominus deus tuus praecepit tibi: ut facias mandata eius: atque iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo: & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie: ut sit tibi deus & ambules in vijs eius: & custodias ceremonias illius: & mandata atque iudicia: & obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie: ut sis ei populus peculiaris: sicut loquitur est tibi: ut custodias omnia praecepta illius: & faciet te excelsiorem cunctis gentibus: quas creavit in laudem & nomen & gloriam suam. Et sis populus sanctus domini dei tui: sicut loquitur est

Lectio deuteronomi. Cap. xi.

IN diebus illis. Dixit moyses filiis israel. Si custodieritis mandata quae ego praecepit vobis: & feceritis ea: ut diligatis dominum deum vestrum: & ambuletis in omnibus vijs eius adherentes ei: disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram: & possidebitis eas: quae maiores & fortiores vobis sunt. Omnis locus quem calcaverit pes vester: vester erit. A deserto & libano & flumine magno Euphrate usque ad mare occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terror vestrum & formidinem dabit dominus deus vester super omnem terram: quam calcaturus estis: sicut loquitur est vobis dominus deus vestrum.

Lectio Macchabaeorum. ij. Cap. i.

IN diebus illis. Orationem faciebant omnes sacerdotes: dum offerret sacrificium pro

storem. quod fecit in populo christiano israeliti copposito abdicato. Quas creavit. quia omnia in deo gloriam ordinatur.

IN diebus illis. Dixit Moyses filiis israel. Si custodieritis. &c. Ex Deutero. capite. xi. Vbi posteaquam posuit legis praecepta primis servantibus illa proponit. Deum vestrum. quod potissimum est ex praeceptis. Gentes istas: quarum regiones possessuri estis. Fortiores vobis. & non numero & robore. A deserto. descriptio est terrae promissionis: nam desertum est meridie. libanum mons a septentrione. euphrates ab ortu solis: ab occasu vero mare occidentale. i. Cyprium quod iudaei ab occasum abluunt. Terror rem vestrum. actus. id est quem hostibus vestris incutieris.

IN diebus illis. Orationem faciebant. Ex secundo Macchabaeorum. libro capite primo. Sed verborum epistola ordine permutato. Est autem epistola iudeorum habitantium in iudaea ad eos qui habitant in aegypto. Innotant namque eos ad celebrandam quorundam festorum obvictoriae partem de hostibus: & faciat rogantes quod & ipsi fecerunt. Et primo ponit quod

sacerdotes eius faciebant. Iona: *iii.* qui erat cantorum princeps: dicentibus
beneficiat vobis deus. hæc verba non sunt respondentium: sed mittentium
litteras: in capite ipsius epistolæ in quo bene precantur illis ad quos scribunt
sicut nos solemus dicere salutem. Sed nihil refert: cum ad propositum fa-
ciant. Lectio satis patet.

Miserere nri deus.
Ex ecclesiastico.
capite. xxxvi.

Vbi ponit oratio: qua
presul vci debet fundes
preces pro omnibus ta
gentilibus q̄ iudeis. des
inde pro iudgis peculia
riter. Respice nos. quod
est idem quod faue nos
his. Lumen miseratio
num tuarum. quia eo te
pore quo autor hunc li
brum scribebat: iudai
erant quodammodo in
tenebris imminente il
lis Pchelomeo Sotere
ægypti rege. Timorem
tuum. actiue pro terro
re. Alleua manum tuã.
pro aggraui deprimen
do eos ad interitum. Si
cut in cõspectu eorum.
reducens nos ab idola
triaper flagella: vt in. iij.
Regum legimus. Magni
ficaris in eis. idest ma
gnus appareas. Innoua
signa. sicut fecisti quo
tempore patres nostros
ex ægyptia seruitute li
berasti. Manum & bra
chium. quibus mirabilis
illa fecisti. Furorem
& iram. quæ sunt puni
endi instrumenta. Ex
tolle. idest exalta terram
& terminos patrie pos
ne atq; extollere pro lau
date. Festina tempus.
scilicet illorum puni
tis & nostræ liberatio
nis. Et memento finis. scilicet aduentus messia: idest christi quem hebraei
expectant: & nos venisse iam confitemur.

populo israel. Ionatha incohate: ceteris aut
respondentibus: & dicentibus. Beneficiat
vobis deus: & meminerit testamenti sui quod
ad Abraam & Isaac & iacob loquutus est
fertiorum suorum fidelium. Et det vobis cor
omnibus: vt colaris eum: & faciatis eius vo
luntatem. Adaperiat cor vestrum in lege
sua & in preceptis suis: & faciat pacem. Ex
audiat dominus orationes vestras: & recõ
cilietur vobis: nec vos deserat in tempore
malo Dominus deus noster.

Lectio libri sapientia.

Eccle. Capite. xxxvi.

Miserere nostri deus omnium: & res
pice nos: & ostende nobis lumẽ mi
serationum tuarum. Et imitte timorem
tuum super gentes; quæ non exquisierunt
te: vt cognoscãt q̄a nõ est deus nisi tu: vt enar
rent magnalia tua. Alleua manum tuam.
Sicut enim in conspectu eorum sanctifica
tus es in nobis: sic in conspectu nostro ma
gnificaberis in eis vt cognoscant te: sicut &
nos cognouimus: quoniã nõ est deus præ
ter te domine. Innoua signa & immuta mi
rabilia. Glorifica manum: & brachium
dextrum. Excita furorem: & effunde iram.
Extolle aduersarium: & afflige inimicum.
Festina tempus: & memento finis: vt enar
rent magnalia tua Domine deus noster.

In diebus illis. Angelus domini. Ex Daniele capite. in vbi legitur. quod Nabuchodonosor rex Chaldaeorum iussit tres pueros Danielis comitari res mitti in fornacem ignis: propterea quod noluerint adorare statuam illam quam erexerat: quibus in fornace positis deus misit in auxilium angelum suum: & quid fecerit narrat. Cum Azaria. qui prius vocabatur

Lectio Danielis prophetae. Cap. iij.

In diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem. Et excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldaeis ministros regis: qui eam incendebant. Illos autem non tetigit omnino ignis: neque contristauit: neque quicquam molestiae intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & confitebantur & benedicebant deum in fornace: dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: & laudabilis & super exaltatus in saecula. Et benedictum nomen gloriae tuae: & sanctum & laudabile & super exaltatum in omnibus saeculis. Benedictus es in templo sancto gloriae tuae: & super laudabilis & super gloriosus in saecula. Benedictus es in throno regni tui: & super exaltabilis & super exaltatus in saecula. Benedictus es qui intueris abyssos: & sedes super cherubim: & laudabilis & super exaltatus in saecula.

Ad Thessalonicenses.
Capite quinto.

FRatres. Rogamus vos: corripite inquietos; consolamini pusillanimes; suscipite infirmos; patientes stote ad omnes,

Abdenago, & socijs eius. scilicet Ananias & Misael. Ventum roris. id est flacum afferentem roris refrigerationem. Tunc hi tres. quid pueri fecerunt ostendit. postquam sunt liberati. Nomen sanctum. id est tetragrammaton: hoc est quattuor litterarum. In templo gloriae tuae. proprie templum est caelum. ut Seneca in hercule furente: resplenda summi vidua de caeli aetheris. In throno: id est in sede caelesti: quia caelum est sedes eius: & terra scabellum pedum eius. Intueris abyssos. id est mundi huius inpenetrabilia & secreta.

FRatres. Rogamus vos. Ex epistola ad Thessalonicenses. i. cap. v. In quo ostendit quomodo Thessalonicenses se debeant habere erga proximos. Corripite inquietos. in graeco admonete inordinatos. Pusillanimes: id est in tribulationibus desiccietes. In omnibus. scilicet et tam prosperis quam aduersis. in graeco legitur in omni: & est idem sensus. Spiritum. quomodo se debeant habere erga deum & religionem. spiritum igitur pro deuotione intelligit.

EPISTOLAE

Prophetias. id est expositio-
 sitionem sacre scripturę
 Ab omni specie. id est nõ
 solum a malo: sed etiam
 ab eo quod habet mali
 suspensionem. Deus pa-
 cis. scilicet autor & das-
 tor. Per omnia. i. omni-
 no: vt integer. In græco
 est integer spūs v̄. & c.

Dominica secunda.

FRatres. Rogam⁹
 vos & obsecram⁹
 Ex eplā. i. ad Theſſa-
 lonicenses. cap. iij. in
 quo illos ad pudicitiam
 hortatur: quia forte pro-
 miores erant ad venerea.
 Accepistis a nobis. id est
 audistis cum eram⁹ præ-
 sentes. Sic & ambuletis.
 hoc non est in græco: sub
 intelligitur tamen. Sancti-
 ficatio vestra. id est vt
 mundi sitis & sancti.
 suum vas. suum corpus
 quod est animæ domici-
 lium. Et honore. quia p
 libidinem corpus deho-
 nestatur. In passione de-
 siderij. id est in affectione
 concupiscentiæ quæ per-
 turbat rationem. Sicut
 gentes. quæ putant con-
 cubit⁹ vagos esse licitos
 Ne quis suppediat. id est
 supplantet. siue de-
 cipiat. Circunueniat. qđ
 fere idem est: hoc est ex
 insidijs adoriri. Et neq.
 particula non est in græ-
 co. Vindex est. huiusmo-
 di criminum punitor.
 In immundiciam. id est
 vt essemus libidinib⁹ in-
 quinati
 ¶ Feria secunda sequēti.

Videte ne quis malum pro malo reddat ali-
 cui: sed semper quod bonum est sectamini
 in inuicem; & in omnes. Semper gaudete.
 Sine intermissione orate, in omnibus gra-
 tias agite. Hæc est enim voluntas dei in
 christo iesu in omnibus vobis. Spiritum
 nolite extinguere: prophetias nolite sper-
 nere. Omnia autem probate: quod bo-
 num est tenete, ab omni specie mala absti-
 nete vos. Ipse autem deus pacis sanctifi-
 cet vos per omnia: vt integer spiritus ve-
 ster: & anima & corpus sine querela in die
 aduentus domini nostri iesu christi seruet̄.

Dominica secunda ad Theſſa-
 lonicenses. i. Capite. iij.

FRatres. Rogamus vos & obsecram⁹
 in domino iesu, vt quemadmodum
 accepistis a nobis: quomodo oporteat vos
 ambulare & placere deo: sic & ambuletis;
 vt abundetis magis. Scitis enim quę præ-
 cepta dederim vobis per dominum iesum.
 Hæc est enim voluntas dei: sanctificatio ve-
 stra; vt abstineatis vos a fornicatiōe; vt sciat
 vnusquisq; vestrum vas suum possidere in
 sanctificatione & honore. Non in passione
 desiderij: sicut & gentes quæ ignorant deū.
 Et ne quis suppediat: neq; circunue-
 niat in negotio si atrem suū; quoniam vin-
 dex est dominus de his omnibus: sicut præ-
 diximus vobis: & testificati sumus. Non
 enim vocauit nos deus in immundiciam;
 sed in sanctificationē. In christo iesu dño nro.

Feria secunda, Lectio Danielis
 propheta. Capite. ix.

In diebus illis. Oruit Daniel: dicens. Do-
mine deus noster qui eduxisti populum
tuum de terra egypti in manu forti: & feci-
sti tibi nomen secundum diem hanc: pecca-
uimus: iniquitate fecimus domine in omnē
iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua:
& furor tuus a ciuitate tua Ierusalem: & a
mōte sancto tuo. Propter peccata esm nra
& iniquitates patrum nostros: Ierusalem;
& populus tuus in opprobrium: sicut omni-
bus per circuitum nostrum. Nunc ergo ex-
audi deus noster orationem serui tui: & pre-
ces eius: & ostende faciem tuam super san-
ctuarium tuum: quod desertū est. Propter
temetipsum inclina deus meus aurem tuā:
& audi: aperi oculos tuos & uide desolatio-
nem nostram: & ciuitatem super quam in-
uocatum est nomē tuum. Neque enim in ius-
tificationibus nostris prosternimus preces
ante faciem tuam: sed in miserationib⁹ tuis
multis. Exaudi domine: placare domine at-
tende & fac. Ne moretis ppter temetipsum
deus meus: quia nomen tuum inuocatum
est super ciuitatem: & super populum tuū:
Domine deus noster.

Feria tertia. Lectio libri Re-
gum tertio. Capite. xvij.

In diebus illis. Factus est sermo domini
ad Heliam Thesbiten: dicens. Surge &
vade in Sareptā sidoniorū. & manebis ibi.
Precepit enim tibi mulieri uiduæ: ut pascat te:
Surrexit & abiit in Sareptā. Cūq; uenisset
ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier ui-
dua colligens ligna. Et uocauit eam: dixitq;
ei. Da mihi paululum aque in uase: ut bibā.
Cūq; illa pergeret ut afferret: clamauit post-
tergum eius: dicens. Affer mihi obsecro &

In diebus illis. Ora-
uit Daniel. Es. Danie-
le propheta cap. ix. in
quo Daniel petit a domi-
no mali amotionem, ac
deinde boni largitionē.
quod ut impetreret bene-
ficia tam accepta cōmes-
morat: atq; in primis ab
Egyptia seruitute libe-
rationem. Secundū diē
hanc. id est sicut & nunc
facis erga nos. In omni-
bus id est cōtra tuam legem.
A ciuitate tua. in qua pe-
cultariter coleris. Monte
sancto. atq; templū erat.
Per circuitum. quia uici-
nis omnibus erant præ-
da. Nunc ergo. boni præ-
dicationem ponit. Super
sanctuarium. id est tem-
plum tuo cultui restitue-
dum. Propter te. i. uer-
ritas tua omnibus sit no-
ra. In iustificationibus.
id est in precibus iustis
debita a te petendo: sed
ad tuam misericordiam
confugiētes. Exaudi do-
mine. instat exaggeratq;
preces. Placare. id est sis
placatus ab ira. Attēde.
id est sis attentus ad pre-
ces nostras. Et fac. subau-
di quod petim⁹. Ne mo-
reris. quia promissionis
tuæ instat tempus.

Feria tertia sequenti.
Act⁹ est sermo do-
mini. Ex. iij. Regū
libro capite. xvij.
quomodo iussu dei He-
lias ppheta uenit in Sa-
reptam urbē Phœnicis
ubi hospitio susceptus
est a muliere uidua. Buc-
cellam panis. id est quam

EPISTOLAE

in oris bucca possint capere. In lecytho: id est va-
sculo oleario: quod & ca-
pfaces alio nomine dicitur.
Et moriamur. cum des-
inceps nihil alimenti sus-
perit. Submeritum pas-
nem. collicium siue colli-
phium: cuiusmodi pani-
bus utebantur athletae.
Cetera ex historia sunt.
manifesta.

buccellam panis in manu tua. Quae respo-
dit. Vivit dominus deus tuus: quia non ha-
beo panem; nisi quantum pugillus capere
potest farinae in hydria; & paululum olei in
lecytho. En colligo duo ligna: ut ingredi-
& faciam illud mihi & filio meo; ut comeda-
m? & moriamur. Ad quam Helias ait. No-
li timere sed vade & fac sicut dixisti. Verum
tamē fac mihi primum de ipsa farinula sub-
cineritium panem parvulum & affer ad
me. Tibi autem & filio tuo facies postea. Haec autem dicit dominus
deus israel. Hydria farinae non deficiet; nec lecythus olei minuetur
vsq; in diem in qua daturus est dominus pluviam super faciem ter-
rae. Quae abiit; & fecit iuxta verbum Heliae. Et comedit ipse & illa
& domus eius; & illa die hydria farinae non defecit; & lecythus olei
non est imminutus; iuxta verbum domini quod locutus fuerat in
manu Heliae.

¶ Feria quarta sequēti.

Orauit Hester ad
dominum. Ex li-
bro hester. ca. xij.
Sed haec non est oratio
Hester reginae: sed Mar-
dochei patris illius & sunt
ea verba quaedam immu-
tata ex originali. Salva-
re nos. in originali salva-
re israel. Coeli ambitu.
circūplexu: ut inq; Phi-
niz. Inimici nostri. amā.
scilicet qui moliebatur
iudeorum gentem per-
dere. Partem tuam. id est
hereditatem pecuniarē.
Sorti & funiculo. quia
soliti erant antiqui per
funes metiri hereditates:
& deinde sortiri: ut in
psalmo. Funes ceciderūt
mihi in preclaris. T. ca-
nentium. i. laudantium.

¶ Feria quinta sequēti.

Feria. iij. Lectio Hester. Cap. xiiij.

Indies illis. Orauit Hester ad dominū:
dicens. Dominus rex omnipotens: in tua
dicatione cuncta sunt posita: & non est qui
possit tuae resistere voluntati. Si decreueris
salvare nos; continuo liberabimur. Tu em̄
domine fecisti caelum & terram; & quicquid
caeli & ambitu continetur. Tu es dominus
omniū: & non est qui resistat maiestati tuae.
Et nunc domine rex regum deus Abraam
miserere populo tuo: quia volunt nos ini-
mici nostri perdere: & hereditatem tuam
delere. Ne despicias partem tuam quam re-
dimisti tibi de aegypto: sed exaudi depreca-
tionem nostram: & propicius esto sorti: &
funiculo hereditatis tuae & conuerte lucis
nostrum in gaudium: ut viventes laudem⁹
nomen tuum. Et ne claudas ora canētū te
Domine deus noster.

Feria quinta. Lectio Ieremie
propheta. Capite. xvij.

HAec dicit dominus. Maledictus homo qui confidit in homine; & ponit carnem brachium suum; & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrica in deserto; & non videbit eum venerit bonum; sed habitabit in siccitate in deserto in terra saluginis & inhabitabit. Benedictus vir qui confidit in domino; & erit dominus fiducia eius; & erit tanquam lignum quod transplantatur super aquas quod ad humorem mittit radices suas; & non timebit eum venerit aestus. Sed erit folium eius viride; & in tempore siccitatis non erit folium; nec aliquando desinet facere fructum. Pravitus est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda & probans renes; qui do unicuique iuxta viam suam; & iuxta fructum ad inventionem suam. Dicit dominus omnipotens,

Feria sexta. Lectio libri. Genesim. Capite. xxxvij.

IN diebus illis. Dixit Ioseph fratribus suis. Audite somnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro; & quasi confurgere manipulum meum; & stare; vestrosque manipulos circumstantes; adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris; aut subijcietur dictioni tuae? Haec ergo causa somniorum atque sermonum invidiae & odii somnium ministravit. Aliud quoque vidit somnium: quod narrans fratribus; ait. Vidi per somnium quasi solem & lunam & stellas videntes adorare me. Quod cum patris sui & fratribus retulisset; increpavit eum pater suus; & dixit,

HAec dicit dominus. Maledictus homo qui confidit in homine. Ex Ieremie propheta.

Cap. xvij. In quo reprobat populum iudaeum propter falsam confidentiam atque in primis propter confidentiam quam habet de Egyptis. Qui confidit in homine. Sicut Sedechias fiducia Egyptiorum contra nabuchodonosor. Canis brachium suum. i. hominem vires suas. Quasi myrica. i. recte interpretatur: arbor sine fructu intelligitur: quod vulgo dicitur acule sine taabe. id quod dicitur non esse propter penitentiam myricae. Super aquas. i. iuxta aquas ad humorem. id propter est arboris radicibus querere viam. Estus. estatis calor. Sollicitum. i. in cura positum ne humore destituatur. Deinde reprobat eos de propter confidentiam quam habebat in seipsis. Inscrutabile. quia multos habet recessus. Quis. quasi dicitur: nemo: propter quod ego dominus. &c. &c.

Feria. vi. sequenti.
IN diebus illis. Dixit Ioseph. Ex geneſis libro cap. xxxvij. i. quo narratur: quod pacto Ioseph matris suae somniorum coniectator exposuit fratribus suis somnia quae fuerant causa maioris odii in illis. Quod vidi. vii & somnia quae aliquid significarent: visa dicitur. Putabam. i. videbam mihi videre. Manipulos. puta frumeti. Stare. erectum cum alij se illi praesternerent. Rex. nam hoc designare videbat Ioseph Odij somnium. i. incendij accerementum.

D iij

EPISTOLAE

Aliud quoque vidit somnium, quod Iacob pater interpretatur. Sed cum Rachel mater iam esset mortua: quid sibi vult quod ait mater tua? Sunt autem qui dicant hoc somnium fuisse antequam mater ex partu Benjamin moreretur. Tacitus. neque enim dubitabat somnia illa potestendere aliquid magnū. In sichen: quae graece & latine dicitur sichima. & fuit ciuitas chananorum in finibus Ephraim. Hæc est quæ in euangelio Ioannis dicitur sichen: sed corrupte. Israel sic cognominatus est Iacob. De valle hebron. vbi Iacob habitabat. Eamus in Dothaim. locus est: teste Eusebio distans a Samaria, hoc est sebastæ ciuitate duodecim millibus passuum aquilonem versus. Audiens hæc Ruben. qui erat ex eis natu maximus. In tunica calari. id est ad talos usque fluxa. sed cum homini non sit talis: mirum quid placuerit latins calarem tunicam pro podere ponere: diuersicolore ac multis licis contexta.

¶ Sabbato sequenti.

IN diebus illis. Dixit Rebeca. Ex libro Genesis capite. xxvij. In quo monstratur diuina quædam dispositio in successione benedictionis Isaac in posteros. Audiui patrem tuum.

nem proximi tui. Ego dñs. Non oderis fra
trem tuum in corde tuo: sed publice argue
eum. ne habeas super illo peccatum. Non
queras vltionem. nec memoreris iniuriae ci
uium tuorum. Diliges amicum tuum sicut
teipsum. Ego dominus. Leges meas custodi
te. Ego enim sum dominus vester.

Feria. v. Lectio Danielis pphetae. Ca. iij.

In diebus illis orauit Daniel dicens Domi
ne deus ne despicias populum tuum neq;
auferas misericordiam tuam a nobis: ppter Abraam
dilectum tuum: & Isaac seruū tuū: & israel
sanctum tuum: quibus locutus es pollicensq;
multiplicares semē eorum sicut stellas coeli:
& sicut arenam quae est in littore maris: quia
domine imminuti sumus plusq; omnes gē
tes: sumusq; humiles in vniuersa terra hodie
propter peccata nostra. Et non est in tempo
re hoc princeps & propheta: & durx neq; ho
locauitum: neq; sacrificiū: neq; oblatio: neq;
incensum: neq; locus primitiarum coram te
vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in ani
mo contrito: & spiritu humilitatis suscipiamur.
Sicut in holocausto arietum & taurorum: &
sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat
sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie
vt placeat tibi: quia non est confusio confidendi
bus in te. & nunc sequimur te in toto corde:
& timemus te: & querim9 faciem tuam. Non
confundas nos: sed fac nobiscum iuxta man

do in nostraliberatione mirabilia: sicut ante hac fecisti. Da gloriam tuam facien-
do hæc miracula. In omnipotentia in qua. s. confidunt. Et sciat. i. experiatur.

¶ FERIA sexta sequenti.

Dixit Ieremias. Domine oēs qui te derelinquunt. Ex Ieremia. cap. xvij.
Hæc lectio cōtinuatur superiori: quæ legebat

suæ in quadragesi-
ma. Qui te derelinquunt.
seruendo dñs alienis. In
terra: id est in inferiorib⁹
terre: hoc est apud infes-
ros. Venam aquarum. sa-
lūtium in vitam æternā.
Iōanis. iij. Sana me dñe.
Ieremię præcatio est. Et
sanabor a morbo quē tu
solus potes sanare. Ipsi.
quibus verba tuadenu-
ciaui. Verbum dñi: id est
pœna quam nobis minas-
baris. Veniat. i. verbum
illud: quasi dicat: non ve-
niet. Non sum turbatus.
ppter verba eorum. Ses-
quens te. i. mandata tua
exequēs. Diem hoīs. i. vi-
tam deliciosam quā ple-
riq; homines sequuntur.
Quod egressum est. ma-
los coarguendo. In cons-
pectu tuo. quia tu illud
mihi iussisti. Non sis for-
midini. i. pœna quā aliq-
es minatus nō ventat su-
per me. Confundetur p-
cōfundatur. Duplici cō-
tritione. hoc est mortis
& captiuitatis. Contere
eos. i. cōteres vt supra. i.
non optatus aut imper-
tine: sed enunciatus.

Feria sexta. Lectio Ieremię
prophetæ. Cap. xvij.

N diebus illis. Dixit Ieremias. Domine
omnes qui te derelinquunt confundent.

Recedentes a te in terra scribentur: quoniam
dereliquerunt venam aquarum vitæ tuam
dominum. Sana me domine. & sanabor: sal-
uum me fac & salu⁹ ero: quoniam laus mea tu es
ecce ipsi dicunt ad me: vbi est verbum dñi:
veniat: & ego non sum turbatus: te pastore
sequeris: & diem hominis non desideravi: tu
scis. Quod egressum est de labijs meis: re-
ctum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi
formidini: spes mea tu in die afflictionis. Cō-
fundantur qui me persequerunt: & non cō-
fundar ego. Paveant illi: & nō paveam ego.
Induc super eos diem afflictionis: & duplici
contritione cōtere eos. Dñe deus noster.

Sabbato. Lectio Ieremię
prophetæ. Cap. xvij.

N diebus illis. Dixerunt impij iudei ad
inuicem. Venite cogitemus contra iustū
cogitationes. Non enim peribit lex a facer-
dote: nec consilium a sapiente: nec sermo a

¶ Sabbato sequenti.
Dixerunt impij. Ex
Ieremia propheta
cap. xvij. paucis
verbis immutatis. Nam
pro eo quod hic legitur:
dixerunt impij iudei ad
inuicem: in originali legi-
tur. Et dixerunt venite &

cogitem⁹ cōtra Ieremiā cogitatione: & est obstinatio iudaeorum in christum par illi quam habuerūt in Ieremiā. Cogitationes. i. vias quib⁹ illū occidamus tanq̄ prophetam falsā nobis denunciatem. Lex a sacerdote. q̄a nihilominus docebit eam. Consilium a sapiente. i. a septuaginta seniorib⁹ quos Moses instituit. Sermo a propheta. qui futura nobis denunciet. Percutiam⁹ lingua. testimonia falsa intēdētes. Attrēde dñe. de precatio est Ieremię. Audi. ad p̄niēdū eos. Pro bono multū. quā si dicat. certe reddidit mihi ab his. Fouēā aīz meę. i. p̄nicie vite meę. In cōspectu tuo. i. qđ tibi sim obsecr⁹ faciēdo qđ illis erāt vtilitati. Clamor de domibus. s. fame & gladio pereuntū. Latronē. qui eos distrahāt atq; disturbet: & in captiuitatem ducat. Propitius. relinquēdo impunitā iniquitatē illorū. In tēpore furoris. i. vindictę tuę.

¶ Dñica i ramis palmarū.

Fratres. Hoc sentite in vobis. Ex ep̄ta ad Philip. cap. ij. Philip p̄ses ex ep̄lo xp̄i Paulus ad hūilitatē hortat. Hoc sentite in vobis. s. qđ xp̄s sentit in se. In forma dei. i. p̄ essentia de⁹. Nō rapinā. qđ si rē alienā sibi vsurpās. Exinaniuit se. i. abscit se. Formā serui. i. hois dei seruitio geniti. In similitudine. q̄a & si ver⁹ hō: non tñ in originali p̄cto genitus. Habitū. i. figurarē vt i greco habet. Vsq; ad mortē. & nō quācūq; mortē: sed mortem crucis. scilicet ignominiosam. Pr̄ qđ quod. id est propter quā hūilitatē. Exaltauit illum. in resurrectione & ascensione. Super omnē nomen.

propheta. Venite percutiam⁹ eum lingua: & nō attendamus ad vniuersos sermones eius. Attrēde dñe ad me & audi vocē aduersariorū meorū. Nūquid reddidit p̄ bono multū. q̄a foderūt fouēā animæ meę. Recordare qđ steterim in cōspectu tuo; vt loquerer p̄ eis bonū; & auerterē indignationē tuā ab eis. Propterea da filios eorū in famē; & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorū viduę absq; liberis; & vir earū interficiātur morte. Iuvenes eorū confodātur gladio in p̄lio. audiat clamor de domib⁹ eorū. Adduces em̄ super eos latronē repēte: quia foderunt fouēā: vt caperēt me; & laqueos abscondiderunt pedib⁹ meis. Tu autē dñe scis omne cōsiliū eorū aduersum me in mortē. Ne pp̄tueris iniquitati eorū; & peccatū eorum a facie tua non deleat. Fiant corruētes in cōspectu tuo in tēpore furoris tui Dñe deus noster.

Dñica in ramis palmarū. Beati Pauli ad Philippenses. Cap. ij.

Fratres. Hoc em̄ sentite in vobis; qđ & in christo Iesu. Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens: in similitudinē hominū factus; & habitu inuentus vt hō. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortē; mortē autē crucis. Propter quod & deus exaltauit illū; & donauit illi nomē: quod est sup̄ omne nomē: vt in noie Iesu oē genuflectat; cœlestiū terrestriū & infernorū. Et ois lingua cōfiteat; q̄a dñs iesus xp̄s in gl̄ia est dei patris.

id est quod sit christus deus & homo. Coelestium. tres mundi partibus con-
plectitur. celum: terras. inferos. ¶ Feria secunda sequenti.

Dixit Esaias. Dominus deus aperuit. Ex Esai. cap. l. quod sine cōtro-
uersia de christi passione intelligendū est: in cuius persona dicit pro-
pheta. Aperuit mihi aurē insinuādo futuram passionem. Non con-

fra. ij. Lctō Esaiæ pphetæ. Cap. l.

In dieb⁹ illis. Dixit Esaias. Dñs deus ape-
ruit mihi aurē: ego autē nō cōtradio: re-
trorsum nō al. ij. Corpus meū dedi pcutiē-
tib⁹: & genas meas vellentib⁹. Faciē meam
non auerti ab increpātibus & cōspuentib⁹ in
me: dñs de⁹ auxiliator me⁹: & ideo nō sum
cōfusus. Ideo posui faciē meā vt petra dū-
rissimā: & scio qm̄ non cōfundar. Iuxta est
qui iustificat me: quis cōtradiceret mihi? Ste-
mus simul. Quis est aduersari⁹ meus? Ac-
cedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator me⁹.
Quis est qui condēnet me? Ecce cēs quasi
vestimentū conterent: vinea comeder eos.
Quis ex vobis timet: deū: audiēs vocem
serui sui? Quis abulabit in tenebris: & nō
est lumen ei? Speret in nomine dñi: & inni-
tatur super dominum deum suum.

Fra. iij. Lctō Ieremiæ pphetæ. Cap. xi.

In dieb⁹ illis. Dixit Ieremias. Dñe demō-
strasti mihi studia eorū: & ego quasi agnus māsue-
tus qui portat ad vicinā: & non cognouit
ga cogitauerūt sup me cōsilia: dicētes. Mit-
tamus lignū in panē eius: & erradam⁹ eū
de terra viuentū. Et nomē ei⁹ nō memoret⁹
amplius. Tu autē dñe deus sabaoth qui iudi-
casti iuste: & probas renes & corda: videam
vltionē tuā ex eis. Tibi enim reuelauī cau-
sam meā Domine deus meus.

Feria quarta. Esaiæ prophete.

Capite. lxiij. & l. iij.

tradico. Dixi em̄ fiat vo-
luntas tua. Retrorsum
nō abij. sed me querētib⁹
obtulit. Corp⁹ & genas.
hoc & euāgelistę testant
sicut & quæ sequuntur.
Nō sum cōfus⁹. i. passus
a patre repulsum. Vt pes-
trā. ad perpetuē duriss
sima quęq. Qui iustifi-
cat me. i. pater qui est ius-
tus: qm̄ vtriusq. eadem
nata. Qui condēnet me.
scilicet iuste. alio qui ius-
tuste condēnatus est. Cō-
teretur. i. luēt penas scē-
leris in me cōmissi. Serui
sui. i. christi hominis. q
(vt ait Paulus) formam
serui accepit. In tibus.
scilicet ignorantia. Non
est lumen ei (quasi dicit)
nullus. Speret in nomine
domini. s. omnis fidelis.
Et innitatur. quia in illo est
omne fundamentū & sta-
bilitas.

Feria. iij. sequenti.

Dixit Ieremias.
Dñe demonstrasti
mihi. Ex Ieremia
cap. xi. qā totum ad xp̄i
passione p̄inet. Et sunt
verba xp̄i sub p̄sona
phete. Studia eorū. q̄ oia
mihi reuelasti futura. Li-
gnū. subaudi venenatū
puta taxū: aut rhododa-
phen. Tu autē. dñe. sub-
audi tēde s̄oni mea.
Vltionē tuā q̄ illorū scēle-
ra viciskaris. & hoc non
zelo vindictę. sed amore.
iusticie. ¶ Fra. iij. sequenti.

EPISTOLAE

Dicite filie sion. Ex Esaiâ. cap. liij. & liiij. Qui loci de christo expo-
nuntur partim de eius aduentu: partim de eiusdem passione. Dicite
filie sion. i. ecclesie. hoc est fidelium congregationi. Venite pro ventu-
rus est. Merces cũ eo. cuius secundum opera sua. Vocabunt eos. i. angeli. Po-
pulus sanctus vocatus est. Tu autem. i. o ecclesia. Civitas quesita. quã de-
questioit. Et non derelicta. in potestate demonũ

Quis est iste. verba sunt angelorum admirantũ
xpi ascensionẽ. De edon. idest idumã vbi regna-
uit Esau: qui cognomi-
natus est edom. hoc est ru-
ber. De bosra. ciuitate
Arabie. vbi vestes pur-
pura inficiebatur. In stola
sua. i. veste insignica-
sticaris. hoc est in huma-
nitate. Ego. christus res-
põdet. Propugnator. i.
defensor eorum: qui me
sequuntur. Quare. ver-
ba sunt iterum angelos:
quibus subditur christi
respõsum. Torcular cal-
caui. idest vas torcula-
ris per quas intelligim⁹
passionis tormenta. Nõ
fuit vir mecum. quia est
ab omnibus derelictus.
Calcaui eos. hæc verba
ad tẽpus aliud prinẽ: pu-
ta ad antichristum. Dies
vltionis. cui⁹ meminisse
necesse ẽ. Retributiõis.
in iudicio vniuersali. Cir-
cũspexi. hoc ẽt ad supio-
ra ptinet. De antichristo
quidam hæc omnia intel-
ligunt. sed in prophetis
seper ordo permittatur
earum rerum: quas futu-
ras aut factas p̄dicauit.

Dixit Esaias. Dñe
quis credidit au-
ditui nostro. Ex
Esa. cap. liij. quod totum
de christi passione expo-
nitur. Quis credidit. p

Hæc dicit dñs deus. Dicite filie sion.
Ecce saluator tuus vinit; Ecce merces
eius cum eo; & opus illius coram illo. Et vo-
cabunt eos populus sanctus; redẽpti a dño;
Tu autẽ vocaberis quesita ciuitas; & nõ de-
relicta. Quis est iste qui venit de edon tin-
ctis vestib⁹ de bosra; iste formosus in stola
sua; gradiẽs in multitudine fortitudinis suẽ;
Ego qui loquor iusticiam; & propugnator
sum ad saluandum. Quare ergo rubrũ est
indumentũ tuum; & vestimẽta tua sicut cal-
cantium in torculari; Torcular calcaui sol⁹;
& de genibus non est vir mecum. Calcaui
eos in furore meo; & conculcaui eos in ira
mea. Et aspersus est sanguis eorũ super ve-
stimenta mea; & omnia indumenta mea in
quinaui. Dies enim vltionis in corde meo;
annus retributionis meę venit. Circũspexi;
& nõ erat auxiliator: q̄siui & nõ fuit qui ad-
iuuaret. Et saluaui mihi brachiũ meũ; & in-
dignatio mea; ipsa auxiliata est mihi. Et cõ-
culcaui populos in furore meo; & inebria-
ui eos in indignatione mea; & detraxi in ter-
ram virtutem eorũ. Miserationum domini
recordabor. laudẽ domini super omnib⁹
quæ reddidit nobis Domin⁹ deus noster.

Lectio Esaiã prophete. Cap. liij.

In dieb⁹ illis. Dixit Esaias. Domine quis
credidit auditui nostro; & brachiũ dñi
cui reuelatũ est. Et ascendit sicut virgulo
tum coram eo; & sicut radix de terra siriẽ-
ti. Et non est species ei neq; decor. Et vidim⁹

credet quod est frequens apud prophetas. Audiuimus nos pro sermone que
a spiritu sancto audiuimus. Brachium dñi. i. filius per quem pater operat.
quasi dicat: paucis. Et ascende. i. nascetur. Coram eo. scilicet patre. Quasi
virgultu. idest frutex. De terra sitienti. idest de virgine impolluta. Species
cui illudetur a iudæis. Et desiderauimus. hoc fecerunt patriarcha & pro

eum; & nō erat aspectus; & desiderauimus
eum despectum & nouissimum virorum;
virum dolorum & scientem infirmitatem.
Et quasi absconditus vultus eius & despe-
ctus. vnde nec reputauimus eum. Vere lā-
guiores nostros ipse tulit; & dolores nostros
ipse portauit. Et nos reputauimus eum qua-
si leprosum; & percussum a deo; & humilia-
tum. Ipse autem vulneratus est propter ini-
quitates nostras; attritus est propter scelera
nostra. Disciplina pacis nostre super eum;
& liuore eius sanati sumus. Omnes nos qua-
si oues errauimus; vniūquisq; in viam suā
declinauit; & dominus posuit in eo iniquita-
tem omnium nostrū. Oblatus est quia ipse
voluit; & nō aperuit os suum. Sicut ouis ad
occisionem ducetur; & quasi agnus coram
tondente se obmutescet; & non aperiet os
suum. De angustia & de iudicio sublat⁹ est.
Generationem illi⁹ quis enarrabit? Quia
abscisus est de terra viuientium. Propter sce-
lus populi mei percussit eū. Et dabit impios
pro sepultura; & diuites pro morte sua; eo
q̄ iniquitatem non fecerit; nec dolus fuerit
in ore eius; & dñs voluit cōterere eum in in-
firmitate. Si posuerit pro peccato animam
suam; videbit semen longeuum; & volun-
tas domini in manu eius dirigetur. pro eo
quod tradidit in mortem animam suam; &
cum sceleratis reputatus est. Et ipse pecca-
ta multorum tulit; & pro transgressoribus
rogauit vt nō perirent. Dicit dñs ops.

pheta. Quasi absconditus
tus. pro pudore. Nec res
putauimus. scilicet salua
to rem. sed erat reuera.
Quasi leprosum. cum
non esset. Pacis nra. res
conciliationis cum deo.
Cuius liuore. idest sang-
guine decolori. Iniqui-
tatem omnium. vt vnus
pro omnibus satisfice-
ret. Oblatus est. idest ad
passionem venit. De an-
gustia. scilicet mortis p
resurrectionem. Et de iu-
dicio. quo omnes descen-
debant id inferos. Gene-
rat. onem eius. scilicet dñi
uinā. Quia. si legeretur
quare. sensus esset mani-
festus. nam dixit ineffa-
bilem eius generatione:
sed ait mortuus. respon-
dit propter scelus. &c.
Percussit eum. idest per-
cui permisi. Et dabit
impios. mortis autores:
quod factum est Hiero-
solyinis a Tito euersis.
Si posuerit. animam. sed
ponet. igitur videbit.
Semen longeuum. idest
christianismum longe
lateq; patientem; & vsq;
in sæculi finem permanē-
tem. Voluntas domini
per illū fiet.

¶ Feria quinta
in corna domini.

EPISTOLAE

Frates conuenientibus vobis. Ex. i. Pauli epistola ad Corinthios. cap. xi. Corinthios paulus instituit circa corporis christi comunione vsu. Conuenientibus in vno. ad sacramenti eucharistice participatione. Non est. i. non contingit vobis. Dñicam cenā. q̄a ordinē perturbatis. Presumit. id est ante sumit. s. quā veniat ad comunione. Ebrius est. ex vino quod p̄sumit. p̄sit. Domos nō habetis.

in greco nō particula: nō habet. quasi dicat: non licet vobis facere ante comunione. Contēntis. nō venietes. cū alijs. Confunditis. in eorū cōfusione nem hoc faciētes. Laudo vos. subaudi alijs. A domino. qui mihi hoc reue lauit. Tradebat. a fidei p̄ditore. Fregit. post verba cōsecrationis. Similit̄ calicē. i. vinum in calice. Nouū testamētū. quem admodū vetus in sanguine agnita & nouū sanguine christi. Annunciatis. ipsam recolēdo & memorando. Donec veniat. in fine seculi ad iudicandū. Ostēsa deinde ranti sacramenti institutio: demōstrat qualiter sit sumendū. Indigne. i. nō obseruatis: quæ sunt obseruāda. Reus erit. accusandus veniet. Probet scilicet conscientiam suam examinet. Nondjudicans. id est discernens hunc cibum spiritalem. Ideo. id est ex hac causa quod indigni accipiunt. Dormiunt. obeunt. Iudicamur. scilicet a deo per talem modū. Dum iudicamur. id est a domino sic castigamur. Danemur. scilicet eternaliter.

¶ Feria sexta
sequenti.

Feria. v. in cena dñi. Ad Corinthios. i. Cap. xi. Fratres. Conuenientibus ergo vobis in vno: iā nō est dñicam cenā māducare. Vnusquisq̄ em̄ suā cenā p̄sumit ad māducandū. Et alius quidem esurit: alius autē ebrius est. Nūquid domos nō habetis ad māducandū & bibendū? Aut ecclesiā dei cōtēntis: & cōfunditis eos qui nō habēt? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a dño: quod & tradidi vobis: quoniam dñs iesus in qua nocte tradebatur: accepit panē: & gr̄as agēs fregit: & dixit. Accipite: & māducate. Hoc est corpus meū: quod p̄ vobis tradetur. hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicē: postq̄ cenauit: dicēs. Hic calix nouū testamētū est in meo sanguine. Hoc facite: quotiescūq̄ biberitis: in meā cōmemorationē. Quotiescūq̄ em̄ māducabitis panē hunc: & calicem biberitis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. Itaq̄ quicūq̄ māducauerit panē hūc: & biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autē seipsum hō: & sic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim māducet & bibit indigne: iudiciū sibi māducet: & bibit: nō disjūdicās corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi: & imbecilles: & dormiūt multi. Quod si nosmetipsos disjūdicarem: non vtiq̄ iudicaremur. Dum iudicamur autē: a dño corripimur: vt non cū hoc mūdo damnemur.

Feria. vi. i. pasche. Lectio Osee. Cap. vi.

In tribulatione sua. Ex Osee propheta cap. vi. in quo propheta demonstrat miserationē diuinam & imprimis quibus hęc misericordiā cōceditur. Dicit igitur in tribulatione sua. id est peccatorū penitentiā. Mane quod fuit sub Ioanne baptista qui p̄cessit christum: vt lucifer solem. Venit te. verba sunt propter tantum ad baptisma Ioannis. Cepit. in captiuitatem duxit. Percussit. idem dixit sed alijs verbis. Post duos dies. quibus fuit x̄p̄s in sepulchro. Suscitabit nos. q̄a illius resurrectio fuit causa nostrā: vt ait Paul⁹. Quasi diuinculū. quia est lux vera & sol iusticię. Imber tēporane⁹. id est opportunus ad terrę fertilitatē. Serotinus. idēq; magis desiderat⁹. Quid faciam. dicit quis h̄? misericordiā denegatur. Ephraim & iuda. duas tribus alloquitur. Nubes matutina. q̄ diu soluitur & dissipata soles sine utilitate. Dolui in prophetis. i. per prophetas vos correxī. Et occidi eos. i. a vobis occidi permittitū predicatē v̄ba mea. Et iudicia tua. per quę punieris. Quasi lux. quia manifesta erūt. Misericordiā volui. subaudia te. Et sciētia dei. i. cognitionē. vos autē non cognouistis aut cognoscere voluistis.

Hęc dicit dñs. In tribulatione sua mane surgent ad me. Venite & reuertamur ad dñm; quia ipse cepit & sanabit nos: percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: & in die tertio suscitabit nos: & viuemus in cōspectu eius: & sciētiā; sequemur; vt cognoscamus dñm. Quasi diluculum pręparatus est egressus eius: & venit quasi imber nobis tēporaneus & serotin⁹ terrę. Quid faciam tibi ephraim? quid faciam tibi iuda? Misericordiā vestra quasi nubes matutina; & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolui in p̄phetis: & occidi eos in v̄bis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredient. Quia iniam volui: & nō sacrificiū; & sciētia dei plusq; holocaustum.

Exodi. Cap. xij.

In diebus illis. Dixit dñs ad Moysen & Aaron in terra egypti. Mensis iste vobis est principiu mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum israel: & dicite eis. Decima die mensis huius: tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autem minor ē numer⁹ vt sufficere possit ad vescēdū agnū; assumat vicinum suum qui coniunctus est domui suę: iuxta numerum animarū q̄ sufficere possint ad esum agni. Erit autē agn⁹ absq; macula: mascul⁹ annicul⁹. Iuxta quē ritū tollētis & hēdū: & seruabitis eum vsq; ad quartā decimā diem mensis huius.

Dixit dñs ad Moysen & Aaron. Ex libro Exodi cap. xij. In quo agitur de celebratione agni paschalis qui p̄signabat x̄p̄i passionē. Mensis iste. i. luna proxima equinoctio venio: quę sepe conringit in in mense Martio. Prim⁹ erit. q̄ iudaicis obseruatur in iustitiationē.

EPISTOLAE

Vnusquisq; scilicet paterfamilias. Tollat agnum; qui poterat esse quocumque hœdus, vt paulo post dicitur. Tollatis & hœdum; non quod vtrumque deberent sacrificare; sed alter utrum. Ad vesperam; post occalum solis eius diei. Vtrumq; postem; id est vtrumque ostium siue ianuã. Azymos panes; id est sine fermento. Lactucis agrestibus. id est amaritudinibus: vt est in hebræo. Coctũ aqua; id est elixũ. Accingeris; quasi expediti ad fugam: hoc est præcincti & cum baculis: quod est viatorũ. Est enim phase; quod sequitur transitus domini ab interprete adiectum est. Et nota qd hic phase non ponitur proprie; sed per allusionẽ ad transitum angeli percutiẽtis primo genita egyptiorum.

¶ Sabbato sequenti.

IN principio creauit deus. Ex Gene. libro cap. i. In quo agitur de creatione mundi: quod pertinet ad primum articulum fidei: in qua potissimum instituebatur eo die cathedramini; cum presertim illis temporibus esset manicheorum secta frequens; qui dicebant hæc visibilia; non a deo; sed a dæmone fuisse creata: & quia lectio quæ ad contextum attinet est plana; nõ tangã nisi quosdam locos ambiguos. Inanis & vacua; id est nõ ornata: vt nunc est. Ferebatur super aquas; in hebræo volitabat; i chaldeo insulabat. Hieronymus in hebraicis questionibus incubabat aquis: siue fouebat aquas. Fiat lux; in hebræo sic lux. Dies vnus; id est primus omnium dierum. Aquas ab aquis; id est cœlum cry-

Immolabiturq; eũ vniversa multitudo filiorum israel ad vesperam; & sument de sanguine eius; ac ponent super vtrumque postem; & in superliminaribus domorum; in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni; & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid; nec coctũ aqua; sed assum tantũ igni; Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis; nec remanebit quicquid ex eo vsq; mane. Si quid residuum fuerit; igne comburentis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis; & calciamenta in pedibus; tenentes baculos in manibus; & comedetis festinãter. Est enim phase; id est transitus domini.

Sabbato sancto paschæ. Genesis. Cap. i.

IN principio creauit deus cœlum & terrã. Terra autem erat inanis & vacua; & tenebrę erant super faciem abyssi; & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ quod esset bona; & diuisit lucem a tenebris. Appellauitq; lucem diem; & tenebras noctem. Factumq; est vespere; & mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamentũ in medio aquarum; & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentũ. Diuisitq; aquas quę erant sub firmamento ab his quę erant super firmamentum. Et factum est vespere; & mane dies secundus. Dixit vero deus. Congregentur aquę quę sub cœlo sunt in locũ vnum; & appareat arida. Factumq; est ita.

Et vocauit deus aridam; terrā: congregatio
 nesq; aquarū appellauit maria. Et vidit de⁹
 q̄ esset bonum; & ait. Germinet terra her-
 bam virentem: & facientem semē: & lignū
 pomiferū faciēs fructū iuxta genus suum;
 cuius semen in semetipso sit super terram.
 Et factū est ita. Et prulit terra herbam virē-
 tem; & afferentē semen iuxta genus suum;
 lignumq; faciens fructum; & habens vnū
 quodq; sementē scdm speciē suam. Et vidit
 deus q̄ esset bonum; factūq; est vesperc: &
 mane dies tertius. Dixit autē deus. Fiant lumi-
 naria in firmamento cœli; & diuidāt diē ac
 noctē; & sint in signa, & tempora; & dies; &
 annos; vt luceant in firmamento cœli; & il-
 luminent terrā. Et factum est ita. Fecitq; de⁹
 duo magna luminaria: luminare maius; vt
 præflet diei; & luminare minus; vt præflet
 nocti; & stellas. Et posuit eas in firmamēto cœli; vt lucerent super ter-
 rā; & præflet diei ac nocti; & diuiderent lucem a tenebris. Et vidit
 deus q̄ esset bonum. Factūq; est vespere; & mane dies quart⁹. Dixit
 etiā deus. Producant aquæ reptile animę viuētis; & volatile super
 terram sub firmamento cœli. Creauitq; deus cete grandia; & om-
 nem animam viuētem atq; motabilem quam produxerant aquæ
 in species suas; & omne volatile secundum genus suum. Et vidit de⁹
 q̄ esset bonum. benedixitq; eis; decēs. Crescite & multiplicamini; &
 replete aquas maris; auesq; multiplicent super terram. Et factum est
 vespere; & mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra ani-
 mam viuētem in genere suo iumenta & reptilia; & bestias terræ se-
 cundum species suas. Factumq; est ita. Et fecit deus bestias terræ; iux-
 ta species suas; & iumenta; vt omnereptile terrę in genere suo. Et vi-
 dit deus q̄ esset bonum; & ait. Faciamus hominem ad imaginem &
 similitudinem nostram; & præsit piscibus maris; & volatilibus cœli;
 & bestijs vnīterse terræ: omnīq; reptili quod mouetur in terra. Et
 creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam; ad ima-
 ginē dei creauit illū; masculū & foeminā creauit eos. Ber edixitq; il-
 lis deus; & ait. Crescite & multiplicamini; & replete terram. & subijci

EPISTOLAE

team: & dominamini piscibus maris & volatilibus caeli: & vniuersis animantibus quae mouentur super terram. Dixitq; deus. Ecce vobis dedi omnem herbam afferentem semen super terram: & vniuersa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam: & cunctis animantibus terrae: omnib; volucris caeli & vniuersis quae mouentur in terra: & in quibus est anima viuens: vt habeat ad vescendum. Et factum est ita. Vnditq; deus cuncta quae fecerat: & erat valde bona. Et factum est vespere: & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt caeli & terra: & omnis ornat⁹ eorum. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod pararat.

Lectio exodi. Cap. xiiij.

F Actum est in vigilia. Ex libro Exodi capite. xiiij. In quo posteaq; dixit profectio nem hebreorum ex egypto: & maris rubridiuisionem: & aegyptiorum insequerium ardorem: nunc quid deus fecerit in hostibus perdendis. In vigilia matutina: quia nox in quattuor vigilas diuidebatur. Per columnam ignis & nubis. in quibus hebraeos precedebat. Exercitum. hoc est magna partem exercitus. Egypti. qui non erant occisi. Ad aegyptios. i. contra aegyptios. Quod vero quidam dicunt mare diuisum per duodecim montes & vnamquamq; tribum suum iter arripuisse: ego nescio vnde hoc acciperint.

I N diebus illis. Factum est in vigilia matutina: & ecce respiciens dominus super castra aegyptiorum per columnam ignis & nubis: interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruum: ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo aegyptij. Fugiamus israel: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moysen. Extende manum tuam super mare: & reuertantur aquae ad aegyptios super currus & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; aegyptijs occurrunt aquae & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersa sunt aquae: & operuerunt currus: & egres cuncti exercitus Pharaonis: qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfluit ex eis. Filij autem israel perrexerunt per medium sicci maris: & aquae eis erant quasi promuro a dextris & a sinistris. Liberavitq; dominus in die illa israel de manu aegyptiorum: & viderunt aegyptios mortuos super littus maris: & ma-

Apprehendet septē mulieres. Ex Esaia prophētē. cap. iij. In quo post
causā propheta praedixit vastationē & mala peruentura: nūc quid
de sequatur ostendit: dicens: quod viris bello interemptis. Septem
mulieres. &c. confueuerunt hebraei numerum septenarium pro pluribus
ponere. Panem nostrum. id est, nostris manibus acquisitum, & sic de ves-

num magnā quā exercuerat dñs cōtra eos.
Timuit popul⁹ dominū: & crediderūt dño
& Mosi seruo eius. Tunc cecinit Moses &
filij israel carmen hoc dño: & dixerunt.

Lectio Esaiaē prophetae. Cap. iij.

In dieb⁹ illis apprehendent septē mulie
res virū vnū in die illa: dicētes. Panē no
strū comedemus: & vestimētus nr̄is operie
mur: t̄m modo inuocet nomen tuū sup nos;
aufer opprobriū nr̄m. In die illa erit germē
domini in magnificētia & gl̄ia: fructus terre
sublimis: & exultatio his q̄ saluati fuerint de
israel. Et erit oīs q̄ reliq̄⁹ fuerit in sion resi
du⁹ i ierusalē. sanct⁹ vocabit oīs q̄ script⁹ est
in vita in ierusalē. Si abluerit dñs sor dē filia
rū sio: & sanguinē ierusalē lauerit de medio
eius: in spū iudicij & spū ardoris. Et creabit
dñs sup oēm locū montis sio: & vbi inuoca
tus est nubē p diē & fumū & splēdorē ignis
flāmāis in nocte. Sup oēm em̄ gloriā prote
ctio & tabernaculū erit i vmbra culū diei ab
estu: & in securitatē & absconsionem a tur
bine & a pluuia.

Lectio Esaiaē prophetae. Cap. lv.

Haec est haereditas seruorū dñi: & iu
sticia eorum apud me: dicit dñs. Oēs
sūtientes venite ad aquas: & qui nō habetis
argentū properate: emite; & comedite. Ve
nite emite absq; argento: & absq; vlla com
mutatiōe vinū & lac. Quare appenditis ar
gentum nō in panib⁹: & laborem vestrum
non in saturitate. Audite audientes me: &

acq̄sibus. Nomē tuū. s. qd
dicamur vxores tuae.

Opprobrium nostrum.
sterilitatis (scilicet) aut
viduitatis. In die illa. s.
tēpore legis gratiā. Ger
men dñi. christus dei fis
lius. Fructus terre. i. vir
ginis xpi matris. Qui
saluati sunt. i. crediderūt
ex iudeis. In sion. i. in ec
clesia. In vita. id est in li
bro vite: in quo facti cō
scripti sunt. Si abluerit.
immo q̄ abluet. sic em̄
in plurib⁹ locis si reperi
tur. Filia. s. i. ecclesie.
Iudicij & ardoris. i. iusti
ciae & amoris: nā propē
hac duo christus pro no
bis passus est. Et creauit
dominus. ad honorum
consolationem & prote
ctionē: procreabit. Nu
bem. scilicet in vmbra
quā protegat ab estu.
Per diem. quemadmo
dum filius israel praecē
debat per diem in colū
na nubis & fumi: & per
noctem in flamma ignis
ad quā hoc in loco allu
dit.

Haec est haereditas
tas. Ex eodē Esa
ia. capite. liij. In
calce capitis: quod iur
gitor cū principio capis
tis. lv. quod iam exposi
tum est supra feria sexta
dominicę quartę in qua
dragesima. Pete illic ex
positionē com lectione.

F iij

EPISTOLAE.

comedite bonum; & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram & venite ad me; audite & viuet anima vestra. Et facia vobiscu pactu sempiternu; misericordias Dauid fideles. Ecce teste populis dedi eu; ducē ac praeceptorem gentibus. Ecce gentem qua nesciebas vocabis; & gentes quaē nō cognouerunt te ad te current propter dominum deum tuum; & sanctum israel: quia glorificauitte. Quærite dominum dum inueniri potest; inuocate eum dū prope est. Derelinquat impius viam suam; & vir iniquus cogitationes suas; & reuertatur ad dominum & miserebitur eius; & ad deum nostrum; quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae; neq; viae vestrae viae meae; dicit dominus. Quia sicut exaltantur caeli a terra; sic exaltatae sunt viae meae a vijs vestris; & cogitationes meae a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber; & nix de caelo; & illuc ultra non reuertetur; sed inebriat terram; & infundit eam; & germinare eam facit; & dat semen ferenti; & panem comedenti; sic erit verbum meū quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū; sed faciet quae cūq; volui; & prosperabitur in his ad quaē misi illud. Dicit dñs ops.

Ad colossenses. Cap. iij.

FRATRES. Si conuersi existis cū xp̄o. Ex ep̄la Pauli ad Colossens. cap. iij. in quo postea q̄ illos in fidei veritate instituit: nūc hortat illos ad bona spiritualia optanda. Cōsurrexistis. p̄ fidē & charitatē. Quae sursum sunt. i. caelestia. Vbi. s. in caelo. Mortui estis. i. xp̄o in baptisinate cōsepulti. Abscondita. quia mortui mūdo: viuistis autē deo. Cū apparuerit in iudicio filii nati. Vita v̄sa. i. p̄ quaē viuistis. Appaebitis cū ip̄o eiusdē gl̄ie participes.

Dñica in resurrectione.

FRATRES. Expurgate vetus fermentum: ut sitis noua conspersio: sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est christus. Itaq; epulemur. Non in fermento veteri: neq; in fermento maliciae & nequitiae; sed in azymis syceritatis & veritatis.

Feria secunda. Actuum. Cap. x.

FRATRES. Si cōsurrexistis cum christo: quae sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Quae sursum sunt sapite: nō quae super terram. Mortui enim estis; & vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cum autē christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ip̄o in gloria.

Dominica in resurrectione
Ad Corinthios. i. Cap. v.

FRATRES. Expurgate vetus fermentum: ut sitis noua conspersio: sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est christus. Itaq; epulemur. Non in fermento veteri: neq; in fermento maliciae & nequitiae; sed in azymis syceritatis & veritatis.

ab inani gloria: ga modicū fermentū totā massam corrūpit: sic parua scintilla magnū excitat ignē: nūc inferi igit fratres expurgate. &c. hoc est nō sē deat in vobis aliq̄s fomes veteris peccati. Noua cōspertio. i. massa stuemir. cura. Sicut estis azymi. i. p. bap̄tismū a peccō veteri mūdati. & alludit ad panes azymos quib⁹ in pascha vescēbant. Pascha nostrū. q̄ signabatur per agnū: sicut per azymos panes, puritas nostrae cōsciētiae. Igitur ad has epulas apostolus Corinthios hortatur expulsi veteri bus peccatis.

Indiebus illis, Stās Petrus in medio plaebis: dixit, Viri fratres vos scitis q̄ factum est verbū p̄ vniuersam iudeā. Incipiēs em̄ a Galilēa post bap̄tismū q̄ p̄dicauit iōānes Iesum a nazareth: quomō vnxit eū de⁹ spiritu sancto & virtute: q̄ pertrāsijt benefaciēdo & sanando oēs oppressos a diabolo: qm̄ deus erat cū illo. Et nos testes sumus omniū quae fecit in regione iudaeorū & Ierusalem: quē occiderunt suspendētes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die & dedit eū manifestum fieri nō omni populo: sed testibus p̄ ordinatis a deo: nobis q̄ mādūcatum⁹ & bis cū illo: postq̄ resurrexit a mortuis. Et p̄cepit nobis p̄dicare populo: & testificari q̄ ipse est q̄ cōstitutus est a deo iudex viuorū & mortuorū. Huic oēs p̄phetā testimoniū perhibēt: remissionē peccatorū accipere per nomen eius: oēs qui credunt in eum.

Feria. iij. Actū ap̄log. Cap. xiiij.

Indiebus illis, Surgens Paulus & manu silentiū indicēs: ait, Viri fratres. ij̄ generis Abraā: & qui in vobis timēt deū, vobis verbū salutis huius missum est. Qui enim habitabāt Ierusalem & principes eius hunc ignorātes, & voces prophetarum quae per omne sabbatū leguntur: iudicātes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuēientes

hi testes in ierusalē & iudaea. Iudex viuorū. quia p̄ oē iudiciū dedit filio. Iōā. ca. v. Oēs p̄phetē. i. nō solū nos sum⁹ testes.

Surgens Paulus & manu. Ex actib⁹ apostolorū. cap. xiiij. in quo narrat quomō Paul⁹ ap̄tus venit Antiochiā cognomine p̄sidiū: ad differtētiā Antiochię magis. vbi rogatus a principib⁹ synogogę: hunc habet ser

¶ Feria. ij. sequenti.

Indiebus illis. Scans Petrus in medio. Ex Actibus apostolorū. cap. x. in quo Petrus accersitus a Cornelio ceteri rone & rogatus ab illo & alijs compluribus: vt de christi religione illos doceret: inter cetera hæc dicit. Vos scitis. &c.

Verbum. s. p̄dicatio nis euangelicę. Incipiens enim. s. verbum. A galilæa vnde incepit p̄dicare posteaq̄ bap̄tizatus est christus. nā antea nō p̄dicauit. Iesum nazarenū. cōstructio inusitata idiomati latino. Quo mō. scilicet spiritu sc̄to vnxit eū. i. iesū. sic & ps. cuius participatio eius. Pertransijt. s. per omnē iudæam. Testes sumus. quia omnibus interfusimus. non omni populo. quia ea quae transcendūt naturam de⁹ reuelat primo superioribus ordinibus: & per illos inferioribus Nobis. s. testibus. quib⁹ dixit: & ceteris mi

¶ Feria. iij. sequenti.

EPISTOLAE

monē. Manu sic em fieri cōsuevit. vt Pers⁹. Fert anim⁹ calide fecisse silens.
 cia rixę maiestate man⁹. Vobis. s. qui estis ex genere Abraā xpō pdicante.
 qđ missus est ad oues q̄ perierūt dom⁹ israel. Verbū salutis. i. xps saluator.
 Q̄ ui habitabāt. i. plebs. Et principes. i. maiores. Ignorātes. qđ si dñm glo-
 rię cognouissent. nunq̄ crucifixiissent illū. Voces prophetarū. s. ignorātes.
 Impleuerūt. s. oia q̄ sunt
 de illo sc̄pta. Cū cōsumas-
 sent. s. malit ex iudęis. De-
 ponētes. s. boni. Suscitas-
 uit eū. i. xpm hoīem. Per
 dies multos. s. p̄ q̄c̄ rag in-
 ta. Ad plebē. i. ap̄d inliru-
 dinē. Et nos. auctate scri-
 pturę p̄bar repromissio-
 nē abraę factāi filijs illo-
 rū esse cōpletā p̄ christū
 iesum. ¶ F̄ra. iij. sequēti.

A Periens Petr⁹ os
 suū. Ex actib⁹ apo-
 stolorū. cap. iij. Sed
 hęc v̄ba q̄ p̄ponūt. s. viri
 israelitę & q̄ timetis deū
 audite. aliūde sunpta sūt
 & cōcinnatore diuini of-
 ficij adiecta. Verba autē
 Petri hęc sūt. De⁹ abraā.
 &c. quib⁹ v̄bis Petrus
 v̄it ad pplm̄ stupēte ob-
 miraculū illđ qđ claudū
 ābulare fecit. dicitq̄ non
 in v̄tute ppria id fecisse:
 sed in noie iesu xpi illius
 quē crucifixērāt. Illo iuz
 dicāte dimitt. t. dimittēdū
 esse. id em̄ Pilat⁹ cōsebat.
 Virū hōicidā. i. barrab⁹
 hā sedicioſū illū atq̄ p̄n-
 de homicidā. De⁹. p̄ oīni
 potentā suam suscitauit
 xpm̄ q̄ hō erat. Hūc quē
 v̄detis. s. claudū. Nomē
 ei⁹. s. xpi. Cōfirmavit. i.
 in pedes suos stabiluit.
 Sed nūc quid ali⁹ restat.
 nisi vt poenitentiā agatis.

¶ F̄ria. v. sequenti.

A Nge⁹ dñi. Ex acti-
 b⁹ Ap̄lorū. ca. viij.
 In quo postea q̄

in eo: petierūt Pilato vt interficerēt eū: Cūq̄
 cōsumassent oia q̄ de eo scripta sunt; depo-
 nētes eū de ligno: posuerūt in monumento.
 De⁹ vero suscitauit eū a mortuis tertia die:
 q̄ vi⁹ est p̄ dies mltos his q̄ simul ascēderāt
 cū eo de Galilęa in Ierusalē: q̄ vsq̄ nūc sunt
 testes ei⁹ ad plebē. & nos vobis annūciam⁹
 eam: qđ ad patres n̄ros repromissio facta est:
 qm̄ hęc de⁹ adimpleuit filijs v̄ris resuscitās
 Iesum christum dominum nostrum.

Feria. iij. Actū ap̄lorū. Cap. iij.

IN dieb⁹ illis. Aperit⁹ Petr⁹ os suū: dixit.
 Viri israelitę: & q̄ timetis deū audite. De⁹
 abraā: & de⁹ Isaac: & deus Iacob: de⁹ patrū
 nostrorū glorificauit filiū suum iesum: quē
 vos quidē tradidistis & negastis ante faciē
 Pilati: iudicāte illo dimitti. Vos autē sc̄tū &
 iustū negastis: & petistis virū homicidā do-
 nari vobis. autorē vero vitę interficistis: quē
 de⁹ suscitauit a mortuis: cui⁹ nos testes sum⁹.
 & nūc fratres scio q̄ p̄ ignoratiā fecistis: sicut
 & principes v̄ri. Deus autē q̄ p̄nūciauit p̄
 os omnium p̄phetarū pati christum suum:
 impleuit sic. Poenitemini igitur & cōverti-
 mini: vt deleant v̄ra p̄c̄ta.

Feria. v. Actū ap̄lorū. Cap. viij.

IN dieb⁹ illis. Angelus dñi locutus est ad
 Philippū: dicēs. Surge & vade cōtra me-
 ridianū ad viam: quę descēdit ab Ierusalem
 in Gazā: hęc est deserta. & surgens abiit: &
 ecce vir ethiops eunuch⁹ potēs Cādacis re-
 ginę æthiopū: q̄ erat sup̄ oēs gazas ei⁹: vene-
 rat adorare in Ierusalē. & reuertebat sedēs

posuit pdicationē Philippi apostoli in Samaria: nunc describit quomō eunuchū ethiopē baptizauit. Angelus dñi. missus a deo. Contra meridionem. quia Gaza meridionalis est ad Ierosolimā: vnde Philippus pfectus erat. Hæc est deserta. i. non Gaza: quæ illo tēpore extrabat: & erat Palestina iudeg emporiū nobile. nā alia fuit Gaza vetus: de qua in Genesi & iudicij libro:

super currū suū legēs Esaiā pphetā; Dixit autē spiritus Philippo. Accede & adiūge te ad currū istū. Accurrēs autē Philippus; audiuit illū legentē Esaiā prophetā; & dixit. Putasne intelligis quæ legis? Qui ait, & quomodo possum intelligere: nisi aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippū vt ascenderet; & sederet secū. Locus autē scripturæ quē legebat erat hic. Tanq; ovis ad occisionem ductus est; & sicut agnus coram tondēte se sine voce; sic nō aperuit os suū. In humilitate iudiciū eius sublatū est. Generationē eius quis enarrabit? Qm̄ tollet de terra vita ei⁹. Respondēs autē eunuchus Philippo; dixit. Obsecrote: de quo ppheta dicit hoc: de se, aut de alio aliquo; Aperiens autē Philippus os suū; & incipiēs a scriptura ista; euāgelizabat illi iesum. & dum iret per viā; venerunt ad quādā aquā; & ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philipp⁹. Si credis ex toto corde: licet. & respondēs dixit. Credo filiū dei esse Iesum christū. & iussit stare currū. & descēderūt vterq; in aquā Philippus & eunuchus; & baptizauit eum. Cum autem ascēdissent de aqua; spiritus domini rapuit Philippum; & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viā suam gaudens. Philippus autem in uētus est in Azoto. & ptransēs euāgelizabat ciuitatib⁹ cūctis; donec veniret Cesareā.

sum christū; & eius doctrinā. Cesaream. ciuitatem quoq; Palestine iudeg in ora maritima quæ prius turris stratonis dicebatur. ¶ Feria, vi. sequēt

& in pphetis q̄ fuit euer sa, de qua hoc in loco. Cā dācis regis; hui⁹ mēmō nit Strabo: vbi de ethiopia dicit q; habuisse filiū Iuscū. Legens Esaiā. ex quo videbatur hic iā didicisse litteras hebraicas: atq; inde cognouisse christum venturum. Ad currum. quo vehitur eunuchus. Tanq; ovis. quod est i Esaiā. cap. liiij. q̄ loc⁹ nimirum de christo intelligitur. Obmutescet. quia malū pro malo non reddidit. In humilitate. quia p mortē abiectionis m̄a puenit ad hoc: vt daret sibi ius & potestas. quia pater omne iudiciū dedit filio. Generationē eius. aut de generatione ill⁹ eterna: qua processit ex patre loqur: aut qm̄ multos christicolas creabit. Tollitur de terra. quā nisi granū frumenti mortuum fuerit: ipsum solū manet. Ioānis. xij. De alio quo alio. puta de messia in lege promisso. & tunc Philippus arripies occasionem cepit illum docere. Rapuit Philippū. ex quo patuit eunuchus fuisse m̄. Iam a deo: ideo subdit quod ibat gaudēs. in azoto ciuitate Palestine. i. nō obtenta a tribu iuda. cui fuerat sorte data. Euāgelizabat. i. Ies

EPISTOLAE

Christus semel pro peccatis. Ex prima Petri ep̄la cap. iij. In quo Petrus fideles instruit dicens: q̄ melius est benefacere q̄ malefacere: potius mortuus esse christo: qui mortuus est pro peccatis non suis, sed n̄ris. Mortificatos carne. i. insensibiles factos ad desideria carnis. Viuificatos sp̄u. i. intelligentes spiritualia. In quo. p̄dicatio Noe vocando ad poenitentia peccatores fuit figura p̄dicatiois xp̄i: ideo dicit in q̄. i. ad significandū peccatorū mortificationē in carne: & viuificationē in sp̄u. In carcere. ligati consuetudine peccati. P̄dicauit. s. p̄ Noe seruū suū. Expectabāt dei patientia. per annos. s. centū viginti. vt scribit Gen̄. cap. vi. Cū. i. quo tēpore medio Noe fabricabat arcē. Baptisma p̄ aquā. s. Est aut̄ in hoc similitudo quod noe & familia ex diluuiō tuasit in arca. nos aut̄ ex peccatis p̄ baptismā. Depositiō carnis sordis. q̄a nō tā corp⁹ q̄ aīam abluuit. Interrogatio bonę cōscientie. q̄a baptizad⁹ interrogat: an credat̄ in deū. Per resurrectionē. q̄a & nos similit̄ resurgemus. Deglutitiō mortē. q̄a itea nos deglutiebat. De qua p̄pheta. Ero mors tua o mors: & mors tu⁹ inferne ¶ Sabbatho sequēti.

Deponētes omnem malicia. Ex prima Petri ep̄la cap. ij. In q̄ postea q̄ ap̄tus instiuit fideles de regeneratiōe sp̄uali. nūc instituit eos de educatiōe cōsequēti ipsā regenerationē. & q̄a vitia sunt pri⁹ abiciēda: quā virtutes inserant̄. Deponētes. & c. Simulatiōes. q̄s greci vocāt hypocritas. Detractiones. p̄ximis detrahēdo. Sicut mō geniti. s. innocētes & simplices: sed nō ignorātes: sed rōne vtētes. Lac. i. doct̄inā fidei facit. Ad quē. s. xp̄m. Lapidē viuū. in se & effectiue. Reprobatiū. de quo psalmista. Lapidē quē reprobauerūt edificātes. & ipsi. s. vos. Superedificatiōni domos. i. in domorū similitudinē: sive templorū: in q̄ b⁹ estis sacerdotes. Scriptura. Eiaē cap. xxviij. ex trāslatiōe septuaginta.

Fra. vi. Lctō. bti Petri ap̄li. Cap. iij.

Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iust⁹ p̄ iniustis: vt nos offerret deo; mortificatos quidē carne; viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant: spiritu veniēs p̄dicauit: qui creduli fuerant aliquando; expectabāt dei patientia i dieb⁹ Noe: cū fabricaret arca: in q̄ pauci. i. octo aīę saluę factę sūt sup aquā. q̄d & nos nūc similis formę saluos facit baptism⁹: nō carnis depositio sordis: sed cōscientie bonę interrogatio in deū. Per resurrectionē iesu xp̄i dñi n̄ri qui est in dextera dei patris.

Sabbato. Lctō bti Petri ap̄li. i. Cap. ij.

Charissimi. Deponētes oēm malicia & oēm dolū: & simulationes & inuidias: & oēs detractiones: sicut modo geniti infantes ratiōabile sine dolo lac cōcupiscite: vt in eo crescatis in salutē: si tñ gustatis qm̄ dulcis est dñs. Ad quē accedētes iapidē viuū: ab hoibus quidē reprobatiū: a deo aut̄ electū & honorificatū: & ipsi tanq̄ lapides viuū sup edificamini domos sp̄uales i sacerdotiū sanctum: offerētes sp̄uales hostias acceptabiles deo: per iesum xp̄m. Propter quod cōtinet scriptura. Ecce pono in s̄io lapidē firmum angularē: p̄batū. electū preciosum; & om̄s qui crediderit in eum nod confundetur.

Lapidem summum. i. christū, de quo in psal. Hic factus est in caput anguli. Vobis honor. scilicet erit hic lapis. Nō credentibus. scilicet erit lapis offensionis. In quo & positi sunt. id est fundati esse debent: nunc autem sunt in credulitate. Populus acquisitionis. id est quem sibi sanguine suo acquisiuit. Non populus. ante conuersionem.

Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis quē reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis; & petra scādali: his g offendentur verbo nec credūt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum regale sacerdotium; gens sancta; & populus acquisitionis; ut virtutes annūciētis eius; qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui aliquādo non populus dei; nunc autem populus dei. Qui non consecuti misericordiā; nunc autem misericordiam consecuti,

Dominica in albis. Ioannis
apostoli. i. Cap. v.

Charissimi. Omne quod natum est ex deo vincit mundum. & hæc est victoria: quæ vincit mundum fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum; nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinē Iesus christus. Non in aqua solū; sed in aqua; & sanguine; & spiritus est qui testificatur: quoniam christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dāt in cælo. Pater; verbum; & spiritus sanctus. & hi tres vnū sunt. Et tres sunt qui testimonium dāt in terra: spiritus; aqua; & sanguis. & hi tres vnū sunt. Si testimonium hominū accipim; testimonium dei maius est. quoniam hoc est testimonium dei: quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei; habet testimonium dei in se,

Dominica in albis.
Mne quod natum est ex deo. Ex prima Ioannis epistola cap. v. In quo agit de generatione diuini verbi: & quia dixit omne quod natum est. &c. subdit. Hæc est victoria. i. quod facit vincere. s. fides nostra: quæ de verbo habemus incarnato. Filius dei generatione æterna. Per aquam & sanguinem. nā utriusque ex apto latere exiit: ut significaret aqua baptismatis habere vim omnē ex christi passione. Et spiritus. s. sanctus datus huius rei testimonium: nō missus est: creditur super discipulos. docuitque illos omnē veritatē. Quia tres sunt. hæc manifestatio est per apertā beatōrum visionem. Vnū sunt. in substantia & natura, quæ designantur per genus neutrum. Et tres sunt. quæ manifestant veritatē verbi. Spiritus. i. anima christi descendens ad inferos. Aqua & sanguis. i. baptismus. vnū sunt: quia conueniunt in assertionem vnus veritatis. Testimonium quia ore duorum vel trium. &c. ergo multo magis dei testimonio credemus. De filio suo. quod sicut in baptismo te & transfiguratione dicitur. Hic est filius meus &c. Habet testimonium. i. effectum illius testimonii. Cetera manifesta sunt.

EPISTOLAE

¶ Feria quarta sequens.

SI autē christus prædicatur. Ex prima Corinthiorum epistola cap. xv. In quo agitur de mortuorū resurrectione. quod probat ex christi ipsius resurrectione. Si christus prædicatur: si a nie & ab alijs apostolis. consequentia tener ex hoc: quod impossibile est prædicationis opus tam diuinū esse inanē. Neq; christus resurrexit. sed resurrexit: igitur & mortui resurgent. & hæc apostoli argumenta procedūt de ducendo ad inconuenientia. s. quod christus nō resurrexit. & quod fides, Corinthiorū est inanis: & apostolorū prædicationis vana. Estis in peccatis: quia per fidē nō estis mūdati: quod etiā est inconueniens. sicut & qđ sequitur qđ mortui in xpō perierunt. In christo sperantes sumus. i. expectantes hic tantū ab eo remuneri. Miserabiliores: qui sustinemus mala: & non fruimur bonis. Nūc autē, hic pbat condicionalē. s. qđ si xp̄s resurrexit. ex consequenti etiā mortui resurgēt. In suo ordine: quia prim⁹ qđ resurrexit fuit xp̄s: & multa corpora sanctorū surrexerunt. sed in fine scilicet oēs simul resurgēt in momento & ic̄tu: vt ait ap̄tus.

¶ Feria. iij. ad Corinthios. i. Cap. xv.
FRatres. Si autē christus prædicat qđ resurrexit a mortuis: quō quidā dicunt in vobis qđ resurrectio mortuorū non est: Si autē resurrectio mortuorū nō est: nec christus resurrexit. Si autē christus nō resurrexit: inanis est ergo prædicationis nostra est & fides nostra. Inuenimur autē & falsi testes dei: qm̄ testimonium diximus aduersus deū: qđ suscitauerit christum: quē non suscitauit: si mortui non resurgunt: nā si mortui non resurgunt: neq; christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adue enim estis in peccatis vestris. ergo & qui dormierunt in christo perierūt. Si in hac vita tantū in christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnib⁹ hominibus. Nunc autē christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientū. qm̄ quidē per hominē mors: & per hominē resurrectio mortuorum. & sicut in Adā omnes moriuntur: ita & in christo omnes viuificabūtur. vnusquisq; autē in suo ordine primitiæ christus.

¶ Feria. vi. sequens.

Quia adhuc essem. Ex ep̄sta ad Romanos. cap. v. In quo postea qđ apostol⁹ ostendit virtutē fidei in iustificatione credētū: in hac ponit iustificationis modū: qđ excludit a nobis dicēs. vt qđ xp̄s cum essemus infirmi. s. pp̄ peccatū. Mortu⁹ est scđm tēp⁹. s. triū dierū spacio. Pro isto. i. opus hois quātumcūq; iusti vix mereat: vt quis pro eo velit mori: igit multo minus peccator hoc pot̄ mereri. Cōmēdat autē. i. cōmendabilē ostendit

Feria. vi. ad Romanos. Cap. v.
FRatres. Cū adguc essem⁹ infirmus: christus secūdū tēpus p̄imp̄is mortu⁹ est. Vixem⁹ p̄ iusto quis mori. Nā pro bono forsitā quis audeat mori. Cōmēdat autē suā charitatē deus in nobis: qm̄ si cū adhuc peccatores essemus secūdū tēpus: christ⁹ pro mus infirmus. s. pp̄ peccatū. Mortu⁹ est scđm tēp⁹. s. triū dierū spacio. Pro isto. i. opus hois quātumcūq; iusti vix mereat: vt quis pro eo velit mori: igit multo minus peccator hoc pot̄ mereri. Cōmēdat autē. i. cōmendabilē ostendit

dit. Ab ira. i. ab inferno. quia maius est peccatore iustificare: q̄ ipsum a peccata liberare. Cū inimici essemus. per peccatū Adę. Reconciliati. per mortē. c̄ xp̄i. In vita. s. post gl̄iosam resurrectionē. Nō solū autē in greco nō solū it̄ autē. s. salui erimus in futuro. Sed & gloriamur. subaudi nūc in presenti.

¶ Dominica secunda post pascha.

nobis mortu⁹ est: multo igit̄ magis iustificati nūc in sanguine ipsi⁹ salui erimus ab ira p̄ ipsum. Si em̄ cū inimici essemus reconciliati sum⁹ deo p̄ mortē filij ei⁹: multo magis reconciliati salui erim⁹ i vita ipsi⁹. Nō solū autē. sed gl̄iamur in deo. Per Iesum xp̄m dñm n̄m.

Dñica. ij. post pascha bti. Petri. Cap. ij.

Charissimi. Christ⁹ passus est p̄ nobis: vobis relinq̄ens exēplū: vt sequamini vestigia ei⁹. Qui p̄ctm̄ nō fecit nec inuētus est dolus in ore ei⁹. Qui cū malediceret: nō maledicebat: cū pateret: non cōminabatur. Tradebat autē iudicantē se iniuste: qui p̄ctā n̄a ipse pertulit in corpore suo sup lignū: vt peccatis mortui iusticię viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enī sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastore & episcopum animarum vestrarum.

Feria. iij. ad Hebræos. Cap. xij.

Fratres. Obedite p̄positis v̄ris & subiacete eis. Ipsi em̄ puigilāt: quasi ratioē p̄ animab⁹ v̄ris reddituri: vt cū gaudio hoc faciāt & nō gemētes. Hoc em̄ nō expedit vobis. Orate p̄ nobis. Cōfidimus em̄ quia bonā conscientia habem⁹ in omnib⁹ bene volētes cōuersari. Ampli⁹ autē deprecor vos hoc facere: quo celeri⁹ restituar vobis. Deus autē pacis qui eduxit de mortuis pastore magnū ouīū in sanguine testamētī aterni dñm n̄m Iesum xp̄m: aptet vos in omni bono: vt faciatis ei⁹ voluntatē: faciens in vobis qd̄ placeat coram se p̄ Iesum christum. Cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Christ⁹ passus est p̄ nobis. Ex pria Pe. ep̄la. cap. ij. In quo ad patientiā xp̄ianos hortat. nā dixerat in hoc em̄ vocati estis. i. vt iniuriā patienter toleretis: & tunc inferat̄ p̄s passus est & c̄. Vestigia ei⁹. i. imitātes illū. Qui p̄ctm̄ nō fecit. in hoc imitari nō possum⁹. Tradebat se. offerēdo se querētib⁹ ad mortē iniustam. In corpore suo. p̄cā nā p̄ nobis sustinendo. P̄ctis mortui. i. nō peccādo. Iusticię. i. xp̄i nos iustificat̄i. Cui⁹ liuore. Ex Esaiā sumpt⁹ est. Ep̄isco p̄. i. speculator em̄.

¶ Feria. iij. sequēti.

Obedite p̄positis v̄ris. Ex ep̄la Pauli ad hebręos. cap. x. In q̄ ap̄ls docet quōd hebræi se debent habere circa platos. Ipsi em̄. reddunt rationē quare debeant obedire illis. Cū gaudio. cū viderint vos sibi obsequentes. Nō expedit vobis. s. qd̄ illi laborēt: & vos nō obediat̄is. Orate p̄ nobis. i. adiuuare nos p̄ cib⁹ v̄ris apud deū. Bene volētes cōuersari. i. desiderātes bonā cōuersationē omnīū. Restituar vobis. aberat em̄ ab hierosolymis. De⁹ pacis. bñ p̄cācat̄ illis in clausula ep̄le. Eduxit pastore. i. a morte suscitauit. testamētī aterni. quod sanguine christi cōfirmatum est.

¶ FERIA. VI. SEQUENTI.
Multitudinis autem credentium. Ex actibus apostolorum. cap. iij. in quo describitur credentium sancta communio & primo in genere. Cor vñ. quia inuicem connectebantur charitate. Virtute magna quia faciebant miracula virtute diuina. Gratia magna. i. amor qui facit omnia communia. vñ sequit. neq. quisq. erat egens: quia omnia erant omnium. quae sequuntur per se patent.

¶ DOMINICA TERTIA post pascha.

Obscuro vos tanq. aduenas. Ex prima Petri epistola. cap. ij. & continuatur epistolarum precedentium: cuius initium est. Deponentes omnem malitiam. Itaq. inducit hoc in loco apostolus fideles ad diffusionem fidei per exemplum sanctae conversationis: dicens. Obscuro vos. Aduenas & peregrinos. scilicet a ciuitate caelesti. A carnalibus desiderijs. sicut peregrini qui non immorantur in voluptatibus quae occurrunt in via: sed properant in patriam. Conuersationem bonam. non ad propriam laudem: sed ad dei gloriam. ideo subdit ut glorificent deum. In die visitationis. i. cum diuina gratia illos conuerterent. Omni creaturae humanae. s. habitati a deo regimini autoritatem. ideo subdit siue regi. siue mis-

FERIA. VI. Actuum Apostolorum. Cap. iij.
Indiebus illis. Multitudinis autem creditum erat cor vnum: & anima vna. Nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostolice testimonium resurrectionis Iesu christi domini nostri: & gratia magna erat in oibus illis. Neq. enim quisq. egens erat inter illos. Quot quot enim possessores domorum aut agrorum erant: vendentes afferebant precia eorum: quae vendebant: & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebant autem singulis prout cuiq. opus erat.

DOMINICA TERTIA. Beati Petri apostoli prima. Cap. ij.

Charissimi. Obscuro vos tanq. aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs quae militat aduersus animam. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detractant de vobis tanq. de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes: glorificent deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanae creaturae propter deum. Siue regi quasi praecellentem: siue ducibus tanq. ab eo missis: ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei: ut benefacientes obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi: & non quasi velamen habentes malitiae libertate: sed sicut serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis. Non tantum bonis & modestis: sed etiam dyabolis. Haec enim gratia: in christo Iesu domino nostro.

fus a rege. Quasi liberi. scilicet libertate vera: quæ est a vitijs. & nõ sub pre-
 textu libertatis non obediendo superioribus. quæ sequuntur patet vsq; ad
 verbũ dyscholis. Sunt enim dyscholi homines morosi & difficiles: & qui
 his mala est conuersatio: quod olys particula in compositione in malũ so-
 nat. semper. Gratia dei. i. res gratas deo.

Feria quarta. Ad hebræos. Cap. ix.

FRatres. Non enim in manu facta san-
 cta Iesus introiuit exēplaria verorũ:
 sed in ipsum cœlum: vt appareat nũc vul-
 tui dei p nobis. Neq; vt sæpe offerat semet
 ipsum; quemadmodum pontifex intrat in
 sancta per singulos annos in sanguine alie
 no. Alioquin oportebat eum pati frequen-
 ter ab origine mudi. Nunc autem semel in
 cõsummatione sæculorum ad destitutionẽ
 peccati per hostiam suam apparuit. Et quẽ
 admodum statutũ est hominib; semel mo-
 ri: post hoc autem iudiciũ: sic & christus
 semel oblatuſ est ad multorum exhaurie-
 da peccata. Secũdo sine peccato apparebit
 omnibus expectantibus se in salutem.

Feria. vi. Ad Romanos. Capite. xiiij.

FRatres. Nemo nostrum sibi vivit: & ne-
 mo sibi moritur. Siue enim viuim; do-
 mino viuimus. Siue morimur: domino mo-
 rimur. Siue ergo viuim;: siue morimur: do-
 mini sumus. in hoc enim christus mortuus
 est: & resurrexit: vt & mortuorum & viuo-
 rum dominetur. Tu autem quid iudicas fra-
 trem tuum in manducando: & quare sper-
 nis fratrem tuum in non edendo? Omnes
 enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum
 est enim. Viuo ego dicit domin;: quoniam
 mihi flectetur omne genu: & omnis lingua
 confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrum
 pro se rationem reddet deo.

Feria quarta sequenti.

Non enim in manu
 facta. Ex epistola
 Pauli ad hebræos.
 capite. ix. In quo post
 ea; multa de sacerdo-
 tio veteris legis dixit: cõ-
 parat illud christi sacer-
 dotio. Manu facta. quale
 fuit tabernaculum Mos-
 is & Salomonis templũ
 Verorũ. quia cẽpla fiunt
 ad cœli similitudinem.
 Pro nobis. s. mediator.
 Vt sæpe offerat se. sed se-
 mel oblatuſ est: vt dicat
 ad multos; exhaurienda:
 hoc est tollenda peccata
 multorum: quia nõ oēs
 sunt digni. Post hoc ius-
 diciũ. s. extremũ erit.
 Sine peccato. nam in pri-
 mo aduẽtu venit in simi-
 litudinẽ peccati. nam qđ
 Faber dicit: qđ christus
 in primo aduẽtu sine pec-
 cato apparuit: aliud est
 apparere: & aliud esse. vn-
 de & Esaias dixit cũ sca-
 leratis reputatus est: &
 quasi peccator iuducti in
 corpore mystico.

Feria sexta sequenti.

Nemo nostrũ sibi
 vivit. Ex epistola
 Pauli ad Romanos
 nos. capite. xiiij. In quo
 ostẽdit quomõ maiores
 habere se debẽt ad mino-
 res. Et ponit rõ quæ ac-
 cipitur ex parte eius ad
 quẽ pertinet de seruo als-
 teris iudicare. hoc est de
 primo. is autẽ est xp̄s:
 G

EPISTOLAR

eul omnia viuimus aut morimur. Nemo. quia nos non sumus domini vis
te aut mortis nostre. In hoc. idest hoc dominium est morte sua consecutus:
vt sit dominus noster per redemptionem. Tu autem. ponitur ratio que ac
cipitur ex parte eius qui iudicat temere de alio. In manducando. s. ea. que
sunt in lege Mosi prohibita. In non edendo. reputando illum insanum: quia
non edit in lege prohibi
ta. Ante tribunal. vbi de
his iudicamur. Scriptum
est Esaia. xlv. Itaq. com
clusio est intenti.

¶ **D**ñica. iij. post pascha

OMne datum optimum. Ex epistola
Iacobi. capite. i.

In quo remouet errore
dicendum quod bonum
meriti non est a deo: sed
ab ipso homine. Datum
optimum. i. bonum me
riti. Et omne donum perfe
ctum. idest bonum glorie.
A patre luminu. cui oia
sunt aperta sicut in lumi
ne diei claro. Immuta
tio & obubratio. sicut
nobis qui semper immu
tamur & aliquando dies:
aliquando nox. Genuit
nos. per modum ado
ptionis. In verbo. i. per
filium. Initium creatura.
scilicet quantum ad gra
tiam. Scitis. pro scire de
betis. Sic autem. precepta
moralia proponit que sa
tis patent per se. In istu
verbum. i. quod meritis
inferendum est.

¶ **F**eria quarta sequenti.

OMnes enim vos. Ex
epistola prima Pauli
ad Thessalonen. ca.
pite. v. In qua postea que
posuit incertitudinem diei
iudicij: facit illos cautos
circa illius expectationem
& quia paulo ante dixit
fratres non estis in tene
bris: nunc dicit filij lucis

Dominica quarta Iaco
bi Apostoli. Capite. i.

FRatres. Omne datum optimum: &
omne donum perfectum de sursum est;
descendens a patre luminum. Apud quem non
est transmutatio: nec vicissitudinis obubratio.
Voluntarie emigauit nos verbo veritatis:
vt simus initium aliquod creature eius. Scitis
fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis ho
mo velox ad audiendum: tardus autem ad lo
quendum: & tardus ad iram. Ira enim viri ius
sticiam dei non operatur. Propter quod abij
cietes omnes immunditiam & abundantiam mali
cie: in mansuetudine suscipite iustum vero
bum. Quod potest saluare animas vestras.

Feria quarta. Ad Thessaloni
censes prima. Capite. v.

FRatres. Omnes enim vos filij lucis estis:
& filij dei. Non sumus noctis: neque te
nebrarum. Igitur non dormiamus sicut &
ceteri: sed vigilemus: & sobrii simus. Qui
enim dormiunt: nocte dormiunt: & qui ebrij
sunt: nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei su
mus: sobrii simus induit lorica fidei & chari
tatis: & galeam spem salutis: quoniam non
posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem
salutis per dominum nostrum Iesum Chris
tum: qui mortuus est pro nobis. Vt siue vi
gilemus: siue dormiamus: simul cum illo vi
uamus. Propter quod consolamini inuicem:
& edificate alterutrum In christo Iesu domi
no nostro sicut & facitis.

effis. i. christi qui est lux vera. Sicut ceteri. Infideles. Qui dormiunt. s. noctis & ignorantia filij. &c. Diei sumus. subaudi filij. Loricam fidei. i. armaturam quae corpus munit. per quam intelligimus fidem charitate in formam. Spem salutis. & sic tetigit tres virtutes quae sunt proprie christianorum. In iram. i. in dānationē aeternā. In acquisitionē salutis. i. saluationem.

Feria. vi. Ad Colossenses. Cap. i.

Fratres. Gratias agimus deo & patri qui dignos nos fecit in parte fortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarū: & transfudit in regnum filij dilectionis suae: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis primogenitus ois creaturae. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis & in terra visibilia. Siue throni: siue dominationes: siue principatus: siue potestates; omnia p̄ ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiae: qui est principium primogenitus ex mortuis; ut sit in omnibus ipse primatū tenēs. Quia in ipso cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis inhabitare: & p̄ eū reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius: siue quae in caelis sunt: siue quae in terra.

Dñica. v. Iacobi apostoli. Cap. i.

Charissimi. Estote factores verbi & nō auditores tantū: fallētes vosmet ipsos. Quia si quis auditor ē verbi & nō factor; hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo. Considerauit enim se & abiijt: & statim oblitus est qualis fuerit.

Estote factores verbi. Ex epistola Iacobi apostoli. capite. i. In quo apostolus inducit fideles ad acquiescendū veritati: & ipsam opere adimplēdo. Fallētes vos. quia illud i perniciē vram reducat. In speculo. quia tamē si videt se hō: tñ p̄fecte: sed vmbra: & sic sermo est vmbra & nō res vera.

Feria sexta sequenti.

Gratias agamus deo. Ex epistola Pauli ad Colossenses. capite. i. In quo apostolus inducit Colossenses ad tenendum firmiter euāgelium. Et primo capiat illorum beniuolentiam: cū dicit se orare pro ipsorum foelici cōsumatione. Nos fecit: scilicet tam iudaeos q̄ gentiles. Sortis sanctorum. & hoc per baptismi gratiam. De potestate tenebrarum. id est diaboli. Dilectionis. quia pater diligit filium: & per illū nos. In quo. id est p̄ quē. Primogenit⁹. i. ante oia alia creata. genit⁹ per naturā: cū sint alia per creationem. In ipso condita. id est p̄ ipsum. quia versus homo domini omnia creata sunt. Siue throni. quatuor angelorum ordines nominat: p̄ quos & alios quinq; intelligit. Caput ecclesiae. in corpore mystico. Principium. id est prim⁹ qui resurrexit ad vitam immortalem. Cōplacuit. scilicet deo. Inhabitare in ipso. i. in christo homine. Alia patēt.

Dominica quinta post pascha.

EPISTOLAE

Legem libertatis. i. euangelij. quia lex vetus seruitutis erat. & permanens operando. ea que inde didicisti religiosum. i. christianum verum. Non refrenans. iactando se quod facis et. illi si crediderit: & si non fuerit operatus. Sed ducens cor suum. id est seipsum fallens. Visitare pupillos. & que sequuntur. hæc autem sunt opera christiani.

¶ Feria. ij. rogationū

Confitemini alteri utrum. Ex epistola Iacobi apostoli cap. v. In quo inducit fideles ad poenitentia sacramentum: per quod remittuntur peccata mortalia. Alterutrum. i. non tantum deo: sed etiam alteri homini. Pro inuicem. i. vicissim. i. alter pro altero. Deprecatio iusti. ergo iniusti. non est accepta. Helias. quod dixit probat Helie exemplo sumpto ex. iij. Regū. ca. xvij. Et non pluit. quod factum est pro peccato Achab: & Iezabel uxoris illius. Rursum orauit. Ex eodem libro. capite sequenti. A veritate. siue fidei: siue morū. Operis multitudinem peccatorū. s. ut dixerimus quod non videbuntur a deo.

¶ Feria. iij. sequenti.

Obscuro vos primū. Ex prima epistola Pauli ad Timotheum cap. ij. In quo Timotheū instituit quod orare debeat pro subditis: immo: & pro omnibus. Ut quietam. i. pro temporum quiete & tranquillitate. Pietate. i. religione. Castitate que cōiuncta est religioni. Vergitus. & casta maneat in religione nepotes. Hoc bonum. forare pro omnibus. Veritatis. s. euange

Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis: & permanerit in ea: non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam: sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est. Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

Feria secunda rogationum.

Iacobi apostoli. Capite. v.

Charissimi. Confitemini alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem: ut saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidue. Helias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit: ut non plueret super terram: & non pluit annos tres: & menses sex. Et rursum orauit in coelum: & dedit pluiam: & terra dedit fructum suum. Fratres mei si quis autem ex vobis errauerit a veritate: & conuerterit quis eum scire debet: quoniam qui conuerterit fecerit peccatorem ab errore vite sue: saluabit animam eius a morte: & operit multitudinem peccatorum.

Feria. iij. Ad Timotheū. i. Cap. ij.

Charissimi. Obscuro igitur primū omnium fieri obsecrationes: orationes: postulationes: gratiarum actiones pro omnibus hominibus: & pro regibus: & omnibus qui in sublimitate sunt constituti: ut tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate &

licet vult omnes venire. Vnus deus. scilicet est qui oēs creauit: & vult illos saluos esse. Vnus mediator. qui nos deo reconciliat. Testimonium confirmatum est per apostolorū prædicationem: & miraculorum operationem. In fide & veritate. id est quæ pertinet ad fidei veritatem.

castitate. Hoc enim bonum est & acceptū coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri: & ad agnitionē veritatis venire. Vnus est enim deus: & vnus mediator dei & hominum: homo christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego prædicator apostolus. Veritatem dico: non minor doctor gentium in fide & veritate.

In vigilia ascensionis. Ad Ephesios. Cap. iij.

FRATRES. Vnicuique nostrū data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus. Quod autē ascendit: quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ: Qui descendit ipse est. & qui ascendit super omnes cælos: vt adimpleret omnia. & ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas; alios vero euāgelistas; alios autē pastores & doctores ad confirmationē sanctorum: in operibus ministerij in edificationem corporis christi: donec occurrerimus omnes in vnitatem fidei: & agnitionis filij dei: in virum perfectum in mensurā eternis plenitudinis christi domini nostri.

In die ascensionis. Lectio Actuum apostolorum. Capite primo.

Primū quidem sermonē feci de omnibus o Theophile quæ cepit Iesus facere & docere: vsq; in diem qua præcipiens

In vigilia ascensionis.

Vnicuique nostrum data est gratia. Ex istola Pauli ad Ephesios cap. iij. In quo ostendit quod omnes fideles sunt vnum corpus mysticum: cuius caput est christus. Secundum mensurā. alijs scilicet plus & alijs minus. Dicit. subaudi scriptura. Ex Esaiā cap. lxxvj. Captiuitatē. id est illos qui in limbo inferorum erant detenti. Dedit dona. in die pentecostea dedit dona spiritus sancti. & quotidie dat quibus vult. Quid est. id est qualiter intelligendum. Descendit hominem alij sumptus. Implet oia. quæ de illo per prophetas scripta erant. Dedit. scilicet distribuendo diuisa dona. Consumationem sanctorum. id est perfectiōnem fidelium. Corporis christi. scilicet ecclesie cuius caput est christus. In vnitatem fidei. id est qui sumus in illius fide vnitati. In virum perfectum. quia omnes in gratia christi sumus suscitandi.

In die ascensionis.

Primū quidem sermonem feci. Ex initio apostolice historie: quam Lucas euangelista scripsit: quā Theophilus mittit quæ dicunt fuisse episcopum Asiaticum. Primum sermonē. euangelium dicit: quod

EPISTOLAE

scriptum incipiens a sacerdote Zacharia: & terminavit in ascensione domini. Vsq; in diem. scilicet ascensionis. Precipiens. quid essent facturi. Prebuit se viuum. post resurrectionem vsq; ad ascensionem: qui fuerunt dies quadraginta. Argumentis. id est figuris (vt modo hortolanus Magdalene: nunc peregrinus duobus discipulis) Conuolens. id est simul cum illis conuolens. Promissionem patris. demissione scilicet spiritus sancti. Ioannis capite. xiiij. Spiritu sancto que non conferebat Ioannis baptista. Qui conuenerant. scilicet cum illo manducantes & bibentes. Regnum israel. nam adhuc non seruebant spirituales. Virtutem spiritus sancti. ad predicandum euangelium meum. Intuerentur admirantes illius ascensionem. Viri angelici in specie virosum. Sic veniet. in fine seculi ad iudicandum homines. scilicet in forma humana: vt nunc vidistis ascendente.

Dominica post
ascensionem.

Estote prudentes & vigilate. Ex epistola Petri. i. cap. iij. In q; postea apostolus fideles ordinauit seipos & in proximos: nunc hortatur illos ad timorem instantis iudicij: & metis: puritatem in ordine ad seipos. & ad proximos. Operit. ne videant a deo: vt supra dicit in epistola Iacobi. Hospitales. hospicio excipientes hospites vestros. Sine murmuratione. scilicet expensarum. Accepit gratiam. scilicet a domino: hoc est gratis. Boni dispensatores. qui gratis dat: gratis

apostolis per spiritum sanctum quos elegit; assumptus est. Quibus & prebuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumentis: per dies quadraginta apprensus eis & loquens de regno dei: & conuolens praecepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris: quam audistis (inquit) per os meum. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum. dicentes. Domine: si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta: quae pater posuit in sua potestate. Sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in ierusalem: & in omni iudea & samaria. & vsq; ad vltimam terram: & cum hoc dixisset videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq; intuerentur in caelum eum illud: ecce duo viri: astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui & dixerunt. Viri galilaei quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in caelum: sic veniet quemadmodum vidistis eum eunte in caelum.

Dominica post ascensionem.
Beati Petri apostoli. Cap. iij.

Charissimi. Estote prudentes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem

dandū accipere. Si quis loquitur. scilicet verba exhortatoria. Sermones dei. Non sibi sed deo deferēdo. Si quis ministrat. scilicet quoc; non ad se sed ad deum referat: qui sibi talia dedit ad distribuendum pauperibus.

mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinē peccatorū. Hospitales inuicē sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gramin alterutrum illam ministrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si quis ministrat: tanq; ex virtute quam ministrat deus: vt in omnibus honorificetur deus: per Iesum christum dominū nr̄um.

Feria. vi. post octauas ascensionis.
Ad hebr̄eos, Capite. ij.

FRATRES. Vidimus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum: vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat eum propter quem oīa: & per quem omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat: autorem salutis eorū per passionem consumari. Qui enim sanctificat: & qui sanctificatur ex vno omnes. Propter quā causam nō confundit̄ fr̄es eos vocare: dicēs. Narrabo nomen tuum fratrib; meis: in medio ecclesiæ laudabo te. & iterū. Ego ero fidens in eū. & iterum. Ecce ego & pueri mei: quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdē: vt per mortem destrueret: eum qui habebat mortis imperium: id est diabolū. & liberaret eos q; timore mortis p̄ totā vitā obnoxij erāt seruituti. Nulq; em̄ angelos apprehēdit: sed semē abraę apprehēdit. Vnde debuit p̄

¶ Feria sexta post octauas ascensionis.

Vidim; Iesum christum propter passionem. Ex epistola Pauli ad hebr̄eos capite. ij. vbi quia supra citauerat testimoniū ex propheta: minūisti eum pro hominibus ab angelis: nūc vero expōit v̄ba de christo dicens. Vidimus Iesum propter passionem. id est ex merito passiois. Vt gratia dei. hoc est nō ex nostris meritis. Decebat. Conueniens erat vt deus per passionem filij nos perduceret in gloriam. Propter quem. id est ad quem omnia referunt. Et per quem. qui est causa efficiens. Adduxerat. id est adducere volebat. Consumari. id est vsq; ad consumationem perducere. Autorem salutis. i. Iesum christū. & hoc per illi; passionem. Ex vno. id est ex eodem patre. sed christus per generationē: homines ali; per creationem. Non confunditur. id est non erubescit. Dicens psalmus. xxi. qui de christo etiam in sensu litterali debet intelligi. Et iterum. Esaię capite. octauo. Pueri mei d; qui bus Ioānis decimo octauo hominibus (inquit) quos dedisti mihi.

G iij

EPISTOLAE

Quia ergo peccati commu-
nicauerunt, et in natura
passibilitatis. Nusquam an-
gelos, id est naturam ang-
elicam assumpsit sicut
humanam. Ut reprop-
taret, faciendo deum pro-
piciam per sui corporis
oblationem. In eo, id est
in natura humana. Et tunc
tactus a demone in deser-
to. Apostolus, id est Chris-
tus a patre missus. Apo-
stolus, enim missus inter-
pretatur.

In vigilia
pentecostes.

Tentauit deus Abraam
Ex Genesi. cap. xxi.
In quo exponitur
quo pacto deus tentauit
Abraam: an sibi in filio
occidendo. obtempera-
ret. In motem visionis,
id est unde peccata vide-
ri tota adiacens regio qui
tunc erat iuxta Ierusalem:
sed postea fuit urbi adie-
ctus: mons autem ille vo-
cabatur Moria. Die ter-
tio tantum temporis suffi-
ciebat ad veniendum de
Bersabee ad montem mo-
ria: hoc est ad Ierusalem.
Deus prouidebit, hoc est
propheticè dictum est: quoniam
deus prouidit de hostia
egredenda pro filio. Vesp-
er hodie dicitur. id est in puer-
bium circumferretur per ora
hebræorum quotienscumque
sunt in aliqua angustia:
in monte dominus vide-
bit. Vocauit secundo

omnia fratribus assimilari: ut misericors fie-
ret: & fidelis pontifex ad deum: ut reprop-
taret delicta populi. In eo enim in quo passus
est ipse & tenet: potens est: & eis qui tentant
auxiliari. Vnde fratres sancti vocatiōis coe-
lestis participes considerate apostoli & po-
tenticam confessionis nostræ: Iesum Christum
dominum nostrum.

Sabbato in vigilia penteco-
stes, Genesis Capite, xxij.

Tentauit deus Abraam: & dixit ad eum.
Abraam Abraam. At ille respondit, ad-
sum. Ait illi. Tolle filium tuum ut genitum
quem diligis Isaac: & vade in terram visio-
nis: arripito offeres eum in holocaustum; su-
per vnum montem quem monstrauero tibi.
Igitur Abram de nocte consurgens; strauit
asinum suum: ducens secum duos iuuenes;
& Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna
in holocaustum: abiit ad locum; quem præ-
ceperat ei deus. Die autem tertio eleuatis oculis;
vidit locum procul. Dixitque ad pueros
suos, expectate hic cum asino: ego & puer
illuc vespere properantes: postquam adoraueri-
mus reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna
holocausti: & imposuit super Isaac filium
suum. Ipse vero portabat ignem & gladium
in manibus. Cumque duo pergerent simul: dixit
Isaac patri suo, Pater mi. At ille respon-
dit, Quid vis fili: ecce iquit ignis & ligna:
ubi est victimam holocausti? Dixit autem Abraam.
Deus prouidebit sibi victimam holocausti
fili mi. Pergebant ergo pariter; & vene-
runt ad locum quem ostenderat ei deus: in quo edificauit altare: &
de super ligna composuit. Cumque alligasset Isaac filium suum: posuit eum
in altare super struem lignorum, exiitque manum & arripuit gladium;

vt inuolaret filium suum. & ecce angelus domini clamavit de celo loquens. Abraam Abraam. Qui respondit adsum. Dixit ei. Non extendas manum tuam super puerum; nec facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas deum; & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Leuauit Abraam oculos suos; viditque post tergum arctem inter vespres haerentem cornibus; quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius: dominus videt. Vnde usque hodie dicitur. In motem dominus videbit. Vocauit autem angelus domini Abraam secundo de celo: dicens. Per memetipsum iurauit dicit dominus: quia fecisti hanc rem; & non pepercisti unigenito filio tuo; benedicam tibi & multiplicabo sementum sicut stellas caeli & velut arenam quae est in littore maris. possidebit semine tuum portas inimicorum tuorum; & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae: quia obedisti voci meae. Reuersusque est Abraam ad pueros suos; abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi.

Lectionis libri Deuteronomij. Cap. xxxi.

Scriptis Moyses canticum: & docuit filios Israel. Praecipitque dominus Iosue filio Nun: & ait. Confortare & esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terram quam pollicitus sum eis: & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine: atque compleuitque accepit leuitis qui portabant arcam foederis domini: dicens. Tollite librum istum: & ponite illum in latere arcæ foederis domini dei nostri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam: & cervicem tuam durissimam. Adhuc viuentem me & ingrediente vobiscum: semper contentiose egistis contra dominum: quantomagis cum mortuo fuero. Congregate ad me omnes maiores natum per tribus vestras a tunc doctores, & loquar

quia facta fuerat promissio Abraam: quam nunc iterum iuramento confirmat. Per memetipsum. quia nihil est deo maius per quod iurare possit. Abierunt ad Bersabee. vnde fuerant profecti ad montem Moria.

LECTIO ALTERA.

Scriptis Moyses canticum. Ex Deuteronomio. capite. xxxi. In quo propheta populum israeliticum in legem iam traditam obseruandam hortatur: & quid facere debeat admonet. Scripsit canticum quod ponitur cap. sequenti: scilicet. Audite coeli quae loquor. Verba legis supra scriptae. Leuitis. qui erant de tribu leui ad quos id officium pertinebat. Arce foederis. non constet vtrum intra aut extra arcam poneretur. In testimonium. ne pretendas legis ignorantiam. Contentiose egistis. vt patet in Exodo. & in libro numerorum.

EPISTOLAE

sermões istos. scilicet cæ-
tici insequentis: hoc est
audiēt cœli. Noui enim.
per spiritum prophetis
cum. In extremo tempo-
re. cum vestrum messia:
hoc est christum vestrum
occidētis.

frateris cum per opera manuū vestrarum. Locutus est ergo Moy-
ses audiente vniuerso coetu filiorum israel verba carminis huius: &
ad finem vsq; compleuit.

¶ Lectio tertia.

Apprehendant mu-
lieres septem. sed
iā exposita est in
parte superiori in vigi-
lia resurrectionis dñi.

gia & gl'ia: & fructus terræ sublimis: & exultatio his qui saluati fue-
runt de israel: & erit omnis qui relictus fuerit in sion: & residuus in Je-
rusalem. Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusa-
lem. Si abluerit dominus sordem filiarum sion: & sanguinem Ierusa-
lem lauerit de medio eius: in spiritu iudicij & spiritu ardoris: & crea-
bit dominus super omnem locum montis sion: & vbi inuocatus est
nubem per diem & fumum & iplendorē ignis flammantis in nocte.
Super omnem enim gloriam protectio: & tabernaculū erit in vni-
braculū diei ab estur: in securitatē & absconsionē a turbine & a pluuia.

Lectio Baruch pro- phetæ. Capite. iij.

¶ Lectio quarta.

AVdi israel manda-
ta vtq;. Ex Baruch
Jeremix prophete
scriba. capite tertio.
in quo Baruch populū
Israel ad sapientie desir-
derium hortatur. Man-
data. id est ad vitam in-
ducentia. Prudentiam.
id est rerum diuinarum
sapientiam. Inimicorum.

audiētibuseis sermones istos: & inuocabo
contra eos cœlum & terram. Noui enim qd
post mortem meam inique ageis: & decli-
nabitis cito de via quā precepi vobis. & occi-
current vobis mala in extremo tēpore quā-
do feceritis malum in conspectu domini: vt

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. iij.
Apprehendent septem mulieres virū
vnum in die illa: dicentes. Panem no-
strū comedemus: & vestimentis nostris ope-
riemur: tantummodo inuocetur nomen
tuum super nos: aufer opprobriū nostrū.
In die illa erit germē domini in magnificē

AVdi israel mandata vitę: & auribus
percipe: vt habeas prudentiā. Quid
est Israel qd in terra inimicorum tuorū es?
Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es
cum mortuis. Deputat' es cum ijs qui sunt
apud inferos: ga dereliquisti fontem sapiētiae.
si in via domini ambulasses: Nā habitasses
vtiq; in pace super terram. Disce vbi sit sa-
pientia: & vbi sit fortitudo: & vbi prudentia:

tia; v' scias finul vbi sit longitudo vitæ & vi-
 ctus; vbi sit lumen oculorum & pax. Quis
 inuenit locum eius? & quis intravit in the-
 sauros eius? Vbi sunt principes gentium?
 & qui dominantur feris quæ sunt super ter-
 ram? Qui in aubus cœli ludunt; qui argē-
 tum thesaurizant & aurum; in quo confi-
 dunt homines; & non est finis acquisitionis
 eorum? Qui argentum fabricant, & solici-
 ti sunt; nec est inuentio operum illorum. ex
 terminati sunt; & ad inferos descenderunt;
 & alij in loco illorum surrexerūt. Iuvenes
 viderunt lumen; & habitauerunt super ter-
 ram. Viam autem disciplinæ nescierunt;
 neq; intellexerunt semitas eius; neq; susce-
 perunt eam filij eorum; a facie ipsorum lon-
 ge facta est. Nō est audita in terra chanaā;
 neq; visa est in Theman. Filij quoq; agar
 qui exquisierunt prudentiam; quæ de ter-
 ra est; negotiatores terræ & Theman, &
 fabulatores & exquisitores prudentiæ &
 intelligentiæ; viam autem sapientiæ nescie-
 runt; neq; inuenerunt semitas eius. O israel
 quam magna est domus dei; & ingens lo-
 cus possessionis eius. Magnus est & non
 habet finem; excelsus & immensus. Ibi fue-
 runt gigantes nominati; illi qui ab initio fue-
 runt statura magna cientes bellum. Non
 hos elegit dominus; neq; viam disciplinæ
 inuenerunt; propterea perierunt. Et quo-
 niam non habuerunt sapientiam; interie-
 runt propter suam insipientiam. Quis ascē-
 dit in cœlum & accepit eam; & eduxit eā de
 nubibus; Quis trāssit cœlum mare; & inue-
 nit illam; & attulit eam super aurū electū?
 Non est qui sciat viam eius; neq; qui exqui-
 rat semitas ei? Sed qui scit vniuersa; nouit il-

lū est in captiuitate. Cū
 mortuus. id est peccator
 ribus. In infernum. id est
 cum idolatriis. Descri-
 quisti. hæc est horum
 causa. & est responsio ad
 questionem. In pace. re-
 linquentes autem viam
 dei; bellis oppressi sunt.
 Et victus. id est verus ani-
 marum pastus.

Lumen oculorum. vidē-
 do apertā salutis viam.
 Et pax. id est q̄s. Quis.
 quasi dicat: nemo ex his
 delibus. Locum eius. scā
 licet sapientiæ siue prus-
 dentia. Principes gen-
 tium. qui omnes erant
 idolatre & deum igno-
 rantes. Bestias per ves-
 nationē illarum. In aubis
 bus cœli. per aucupium.
 Thesauros. quia per hæc
 putant se posse domina-
 ri. Non est finis. quia ex
 Solonis sententiā diuitia-
 rum nullus est terminus.
 Fabricant in vasa & pes-
 cunias. Nec est inuentio;
 quā nō cōsequuntur q̄ volūt
 Viderunt lumen. scilicet illi
 quā veri bōi. Disciplinā
 ignorauerūt obgratiuo-
 luptatibus. Filij eorum.
 non bene a patribus ins-
 tituti. In terra Chanaā.
 vbi antequā ab hebræis
 possideretur erat dei cul-
 tus ignotus. Filij Agar.
 id est ismaelite. omnes in
 quam huius viam. vicia igno-
 rauesunt. O israel. sub au-
 di confidit. Quam ma-
 gna. id est quam late pas-
 tens. Magnus est. i. deus.
 Fuerunt gigantes. ad sua
 periora refertur. scilicet
 ad terrā Canaan & The-

man. Non hos. sed te o is-
rael elegit. Accipit eam.
scilicet sapientiam. Sup-
aurum electum. quati di-
cat nullus: quia a deo rā-
tum reuelata est per filiū
suū. In aeterno tempore.
re. id est in aeternum dura-
tura. Lumen. scilicet so-
lis & lunæ per solem: &
altarum quoq; stellarū.
Dixerūt adsumus. rebus
inanimaris dat sermonē.
per prosopopoeiā. Luxe
sunt ei. id est eius impes-
rio. Aduersus eum. id est
qui ei aduersetur. In ter-
ris visus est. quia non est
loquens iam per prophe-
tas: sed per seipsum sulce-
pta carne humana prædi-
cās quæ ante dixerat per
prophetas.

¶ Alia lectio.

FActum est cū apol-
lo esset Corinthi.
Ex actibus aposto-
lorum cap. xix. In quo
Lucas describit Pauli præ-
dicationē Ephesi. Apol-
lo. pauli coauditor i euā-
gelii prædicationē. Ephes-
sum. ciuitatem minoris
Asie siue Ionie. Spiritū
sanctum. scilicet in signo
uisibili: quia tunc sic das-
hatur baptizatis. Aus-
diuimus. mirum est q̄ isti
dicunt cum in forma bap-
tismi nominetur: sed in
baptismo Ioannis nō ex-
primebant nomina triū
personarum. Duodecim
qui sic baptizati sunt.
Suadens. suasionib; ora-
tione ad euangelii fidem
inducens. Cetera patant.

lam: & adinuenit eam prudentia sua. Qui
præparauit terram in aeterno tempore: &
repleuit eā bipedibus & quadrupedibus.
Qui emittit lumen & vadit: & vocauit il-
lud: & obedit illi in tremore. Stellæ autē de-
derūt lumē in custod ijs suis; & lætatae sunt.
Vocatae sunt; & dixerunt. Adsumus. Et lu-
xerunt ei cum iucunditate; qui fecit illas.
Hic est deus noster: & nō æstimabitur ali-
quid aduersus eum. Hic adinuenit omnem viā
disciplinæ: & dedit illam Iacob puero suo:
& israel dilecto suo. Post hæc super terram
visus est: & cum hominibus conuersatus est.

Lectio Actuum aposto-
lorum. Capite. xix.

In diebus illis. Factū est cū Apol-
lo esset Corinthi; & Paulus per agratis supe-
rioribus partibus veniret Ephesum: & in-
ueniret quosdam discipulos: dixitq; ad eos.
Si spiritum sanctum accepistis credentes?
At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spiritus
sanctus est: audiuiimus: Ille vero ait. In quo
ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Ioan-
nis baptizate. Dixit autem Paulus. Ioan-
nes baptizauit baptizate poenitentiae popu-
lum: dicens. In eum qui venturus est post
ipsum: vt crederent: hoc est in Iesum. His
auditis. baptizati sunt in nomine domini
Iesu. Et cum imposuisset illis manus Pau-
lus: venit spiritus sanctus super eos: & loque-
bantur linguis & prophetabant. Erant au-
tem omnes viri fere duodecim. Introgres-
sus autem synagogā: cum fiducia loqueba-
tur per tres menses disputans & suadens
de regno dei.

¶ In festo spiritus sancti.

DVm completerentur dies pentecostes. Ex actibus apostolorum. cap. ij. In quo Lucas ponit spiritus sancti missionem: quem admodum Christus pron. serat. Pentecostes, id est quinquagesima a die videlicet resurrectionis. In eodem loco, id est in cenaculo ubi erant ille centum viginti animi: de quibus in capite superiori dixit. Venit spiritus sanctus, id est ventus violentus. Replevit subaudi splendore. Lingue quod donum linguarum illis dandum erat. Ex omni natione, quia conuenerant ratione festi. Confusa est, admiratio rei. Galilæi, quorum erat lingua distincta ab alijs. Parthi, enumerat regiones vnde iudei venerat. s. parthia, mediam, mesopotamiam, id est syriam inter duo flumina, hoc est tigrim & euphratem. Ptolem. cuius annexa est bythinia. Paphlagonia, contermina ciliicis, & hæc omnes erant in asia. Egyptus vero partim in asia, partim in africa. Cyrenaem, id est regionem cyrenaicam: quæ est inter egyptum & africanam proprie dictam. Proselyti, id est conuersi de gentilitate ad iudaismum. Cretes, ex insula creta. Arabes ex triplici arabia.

In die sancti spiritus. Lectio Actuum apostolorum, Capite secundo.

IN diebus illis. Dum complerentur dies pentecostes: erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de caelo sonus: tanquam aduenientis spiritus vehementis: & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et appaerunt illis dispersite lingue tanquam ignis: sedentes supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & coeperunt loqui varijs linguis: prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in ierusalem habitantes iudei viri religiosi ex omni natione que sub caelo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo & mente confusa est: quoniam audiverat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes & mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilæi sunt? Et quomodo nos audimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus: Parthi: & medi: & elamitæ: & qui habitant mesopotamiam: iudeam: & cappaioeciã: pontum: & asiam: phrygiam: pamphiliam: egyptum: & partes libyæ: quæ est circa cyrenem: & advenæ romani: iudei quoque & proselyti: cretes & arabes: audimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

Feria. ij. Actuum apostolorum. Cap. x.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum: dixit. Viri fratres & patres: nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari: quia ipse est qui constituitur est a deo iudex

¶ Feria. ij. sequens.
Aperiens Petrus os suum. Ex actibus apostolorum. cap. x. In quo post Cornelii conversionem: ponit petri prædicationem. Prædicare & testificari, quando dixit: eritis mihi testes. Virorum & mortuorum, id est bonorum & malorum. Omnes prophetarum.

EPISTOLAE.

non solum nos qui illum audiuimus. Cecidit spiritus sanctus in signo uisibili. Ex circuncisione. id est iudaei ad fidem conuersi. In nationes. id est in gentes. Nunquid aquam. quasi dicat: ex quo spiritus sanctus praeuenit baptismum quis prohibet eos baptizari? In nomine iesu christi. quia in primitiua ecclesia sic paptizabantur.

Feria. iij. sequenti.

Cum audisset ap^l.
Ex actib⁹ aposto^l
lorum. cap. viij. In
quo posuit pdicationem
Philippini ponit profec^o
tionem Petri & Ioan
nis in samariam que iam
crediderat. Spiritum san
ctum. qui baptizatis no
dum uenerat. que tamen
illis superuenientibus ac
ceperunt per manum im
positionem.

Feria. iij. sequenti.

Diligite iusticiam.
Ex libro S. piēriē.
cap. i. Sūt q^o dicāt
librum illum esse philo
sophis iudē. Ambrosius Sa
lomonis esse putat. cui
omnes fere refragantur.
Et est hoc libri initium.
in quo autor hortat au
ditores ad iusticiam. sa
pientiamq^{ue} amplectēdā.
Sentite de domino: id est
bene de illo sentite. Sim
plicitate. id est innocētia.
Nō tentant. i. quod poss
sunt. et assequi ratione hu
mana expectant a deo. Se
parant. que modum
& bono coniungunt. Pro
bata uirt⁹. scilicet a deo.
Insipientes. id est pigno
rantiam peccātes. In ma
luolam. id est mala appe
tentem. Spiritus discipli
ng. id est autor sapientie
in discipulo. Effugiet fis
ctum. id est qui non que
rit rem: sed apparētiam
rei. Auferet se. ab effectū

uiuorum & mortuorū. Huic omnes prophe
ta testimonium perhibent: remissionē pec
catorum accipere per nomen eius: omnes
qui credunt in eum. Adhuc loquēte Petro
verba hæc: cecidit spiritus sanct⁹ super oēs
qui audiebant uerbum. Et obstupuerūt ex
circuncisione fideles; qui uenerāt cū Petro;
quia & in nationes grā spiritus sancti effusa
est. Audiebant enim illos loquētes linguis
& magnificantes de u^o. Tunc respōdit Pe
trus. Nunquid aquam quis prohibere po
test: ut nō baptizentur hi qui spiritum san
ctum acceperunt: sicut & nos? Et iussit eos
baptizari in nomine dñi nr̄i iesu xp̄i.

Feria tertia. Lectio Actuum

Apostolorum. Capite. viij.

In diebus illis. Cum audissent apostoli
querant hierosolymis quare cepit sarna
ria uerbum dei: miserunt ad eos Petrum &
Ioannē. Qui cum uenissent: orauerūt pro
ipsis ut acciperent spiritum sanctum. Non
dum em̄ in quēquam illorū uenerat: sed ba
ptizati tantū erāt in nomine dñi iesu. Tūc
imponebant manus super illos: & accipie
bant spiritum sanctum.

Feria. iij. Lectio libri Sapientie. Cap. i.

In diebus illis. Dixit Salomō filiis israel.
Diligite iusticiam: qui: dicatis terram.
Sentite de domino in benedictione: & in sim
plicitate cordis querite illum: quoniam in
uenitur ab ijs qui non tentant illum: appa
ret aut̄ eis qui fidē habent in illū. Peruersæ
enim cogitationes separant a deo: probata

alioqui est vbiq; sine intellectu. id est sine ratione. Et corripientur. id est punietur ab iniquitate. quia peccatum sequens est poena precedentis. Spiritus sapientiae. subaudi dator. Maledictum. i. hominem obstinatum in peccatis. A labijs suis. id est blasphemis lingua perpetratis. Linguae auditor. ergo multo magis operum spectator. Repleuit: quia vbiq; est. Continet

autem virtus corripit insipientes. Quonia in maliuolam animam non introibit sapientia: nec habitabit in corpe subdito peccatoris. Spūs em̄ sanct⁹ disciplinē effugiet fictū; & auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu; & corripientur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiae. & nō liberabit maledictum a labijs suis: quoniam regnum illi⁹ testis est deus; & cordis eius scrutator est verus; & linguae illius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum; & hoc quod continet omnia. scientiam habet vocis.

Lectio Actuum apostolorum. Cap. v.

IN diebus illis. Per manus apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Caeteros; autem nemo audebat se cōiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentiū in dño multitudo virorū ac mulierū: ita vt in plateis eijcerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis. vt viniēte Petro. saltem vmbra illius obumbraret quemcūq; illos; & liberaretur oēs ab omnibus infirmitatibus suis. Cōcurrebat autē & multitudo vicinarū ciuitatū Ierusalē: afferentes agros & vexatos ab spiritibus immūdis; q̄ curabant oēs.

Feria. v. Lectio actū aplos. Cap. viij.

IN diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem Samariae; praedicabat illis christum.

omnia. habet per amorē intra se cōnexa. Scientiā vocis. quae est inter illius dona.

¶ Lectio alia.

PER manus apostolorum. Ex actib⁹ apostolorum. cap. v. In quo Lucas posuit Petri praedicationem propriam; & mira quae faciebat nunc ponit omnium in comune tam praedicationem quam miracula. In plebe. quia principes & sacerdotes obstinatiores erant. In porticu salomonis. vbi erat maior hominum concursus. Cōiungere illis. scilicet cōfiteri timentes ananiam poenam. Magnificabat. propter mirabiles infirmorum curationes. Quae autem sequuntur ex dictis manifesta sunt.

¶ Feria quinta sequenti.

Philippus descēdēs. Ex actibus apostolorum. capite. viij. In quo Lucas postea q̄ descripsit gesta Stephani diaconi. hic profequitur facta Philippi apostoli. Ciuitatē Samariae. quae fuit metropolis decem tribuum israel: quia ibi erant septuaginta quotam partem legis acciperant: hoc est quinq; libros Moysi.

Intendebant. id est atten-
te audiebāt: maxime vis-
dentes miracula quæ ab
illo fiebant curando pa-
ralyticos. &c. &c.

¶ Feria sexta sequēti.

Aperiens Petrus os
suum. Ex actibus
apostolorum cap. ij.
Petrus. ex superioribus
sunt. Et pbat Petrus p
autoritates sacræ scrip-
turæ qd̄ iesus quē iudæi
crucifixerūt: est messias
in lege promissus. Israe-
litę. iudæos alloquitur fa-
ciens illos attētos. Pro-
batum in vobis. per mi-
racula quæ in præsencia
vestra fecit. Per illum. i.
per hominem christum.
Definito consilio. id est
certa quadam dei præde-
stinatione pro mundi sa-
lute. Doloribus inferni.
quia nec ipse necq; patres
senserunt dolores cū ad
illos descendit. Ab eo. i.
ab inferno. Dauid enim
dicit psal. xv. Ne cōmo-
uear. ne vlla ex parte per-
turber. Requiesceci in spe.
scilicet resurgendi. Ani-
mā meam. in morte sepa-
ratam a corpore. Sanctū
tuum. i. corpus sine aia.

¶ Sabbato in vigi-
lia trinitatis.

Effundam spiritū.
Ex Ioele propheta
cap. ij. in quo post-
eaq; propheta p̄dixit.
populo bona tempora-
lia: hic p̄mittit bona spi-
ritualia: quod est comple-
tum in missione spiritus

sancti. Intendebant autem turbæ hīs quæ a
Philippo dicebantur vnanimīter audientes;
& videntes signa quæ faciebat. Multi em̄
eorum qui habebant spiritus immundos:
clamantes voce magna exibant. Multi au-
tem paralytici & claudicuriati sunt. Factum
est enim gaudium magnum in illa ciuitate.

Feria. vi. Lectio Actuum
apostolorum. Capite. ij.

Indibus illis. Aperiens Petrus os suū di-
xit. Viri israelitæ audite verba hæc. Ie-
sum nazarenum virum approbatū a deo
in vobis virtutibus; & pdigijs & signis: quæ
fecit per illum deus in medio vestri (sic: sci-
tis) hunc definito consilio & præscientia dei
traditum per manus iniquorum affigētes;
interemistis. Quem deus suscitauit solutis
dolorib⁹ inferni; iuxta qd̄ impossibile erat
teneri illū ab eo. Dauid em̄ dicit i eū. Proui-
debam dominum coram me semper: quor-
iam a dextris est mihi ne cōmouear. Pro-
pter hoc lætatum est cor meum; & exulta-
uit lingua mea: insuper & caro mea requie-
scet in spe. Quoniam non derelinques ani-
mam meam in inferno: nec dabis sanctum
tuum videre corruptionem. Notas mihi fe-
cisti vias vitæ; replebis me iucunditate cum
facie tua.

Sabbato in vigilia pentecostes.

Iohelis propheta. Cap. ij.

Hæc dicit dominus deus. Effundā spi-
ritum meum super omnem carnem;
& prophetabunt filij vestri & filia vestra.
Senes vestri somnia somniabūt; & iuuenes
vestri visiones videbūt. Sed & super seruos
& ancillas in diebus illis effundam de spiri-
ritu meo; & dabo pdigia in coelo & inter-

sancti. Super carnem. id est hominem. Filij. iuvenes & senes. omnem aetatem & sexum designat. Somnia. id est reuelationes in somnijs. Super feruos. modo sint baptizati. Et dabo. Hec signa precederit iudiciū vniuersale: & quod in sensu litterali sic debeat intelligi: testis est Petrus Actuum secundo. qui citat hæc verba propheta.

ra sanguinem & ignem & vaporem fumi.
Sol conuertetur in tenebras: & luna in sanguinem; anteq̄ veniat dies domini magn⁹
& horribilis. Et enim omnis quicūq̄ in uocauerit nomen domini: saluus erit.

Lectio libri Leuitici. Cap. xxiiij.

IN diebus illis. Loquutus est dominus ad Moſen: dicens. Loquere filijs israel: & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram: quam ego dabo vobis: & messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primicias messis vestrae ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram domino: vt acceptabilis sit pro nobis altero die sabbati: & significabit illum. Numerabis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primiciarū septem hebdomadas plenas; vsq̄ ad alterū diem expletionis hebdomade septime: & sic offeretis sacrificiū nouum dño: ex omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarum duos de duobus decimis similiae fermentatae: quos eleuabit sacerdos corā dño. Cūq̄ eleuauerit eos sacerdos cum panibus primiciarum coram domino: cedent in vsum eius. Et vocabitis hūc diem celeberrimum atq̄ sanctissimum. Omne opus seruale nō facietis in eo. Legitimum sempiternū erit in cētis habitaculis: & generationibus vestris. Dicit dominus omnipotens.

Lectio libri Deuteronomij. Cap. xvi.

IN diebus illis. Dixit moyses ad filios israel. Septē hebdomadas nūerabis tibi ab ea

Lectio. **Q**uod est domus ad Moſen: dicens. Ex Leuitico. cap. xxij. In quo agit de oblatione primiciarū: quod erat in die festi quinquagesimae. Manipulos spicarum. etiam si nondum fuerit metendi tempus. Libamenta offerentur. cum paucis quae sequuntur: praeremittunt vsq̄ locum illum numerabis ergo ab altero die sabbati: in quo celebrabatur pascha vsq̄ ad septē hebdomadas integras: quibus conficiuntur quinquaginta dies. Sacrificium nouū. id est de frugibus. Decimis duabus. illae autem decimae erant partes Ephraim. sed amphibologia est an quislibet panis haberet duas decimas: an singuli singulas. In vsum eius. scilicet sacerdotis.

¶ Alia lectio.

Dixit Moſes ad filios israel. Septem hebdomadas. Ex Deutero. cap. xvi. & est materia eadem cum praecedenti lectione. Septem hebdomadas. quae (vt supra diximus) conficiunt dies quinquaginta: in quosum sine celebrabatur festum oblationis. In segete. quando messuisti manipulos primiciarū: sed mirum est quod dicit eū

EPISTOLAE

eo tempore nondum ser-
uata sint matura ad sus-
tendam. Epulaberis: &
addit octo hominum ge-
nera: cum quibus epula-
torus est. Quod fueris
seruus: atq; proinde gra-
tus: & memor libertatis
adeptus. Solemnitatem ta-
bernaculorum: quae cele-
bratur mense septembri.
& ita colligit qd haec tria
sunt festa illorū p̄cipua.

cordaberis quoniam seruus fueris in aegypto: cuiusmodi sc̄p ac facies q̄
tibi p̄cepta sunt. Solemnitatem quoq; tabernaculorū celebrabis p̄
septem dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas: &
epulaberis in festiuitate tua: tu & filius tuus & filia: & seruus tuus: &
ancilla tua: leuites quoq; & aduena: & pupillus ac vidua: & qui intra
portas tuas sunt: septem diebus domino deo tuo festa celebrabis: in
loco quem elegerit dominus. Benedicetq; dñs deus tuus cūc̄tis fru-
gib⁹ tuis: & in om̄i opere manū tuarū: eritq; in letitia dicit dñs op̄s,

Lectio alia.

L Oquere filiis israel.
Si in p̄ceptis. Ex
Leuitico cap. xxvi
In quo p̄mittit bona he-
beris si p̄cepta sua serua-
uerint: & cōtra mala si ne-
glexerit. Tēporib⁹ suis.
ga int̄pestiue pot⁹ no-
cēt: quā proficit. Tritura
vindemia. ga messuū col-
lectio p̄g m̄titudine &
copia cōtinuabitur vin-
demie. Absq; pauore ab
hostibus vestris. Pactū
meū. quod pepigi cum
Abraā. Vetusissima ves-
terū. i. fruct⁹ anni p̄teriti
pertingēs fruct⁹ futuri:
itaq; noui excludēt vete-
res. Tabernaculū meū. i.
ero & habitabo vobiscū:
vt possitis me familiarit̄
con. ulere.

Lectio libri Leuitici. Cap. xxvi.

I N diebus illis. Dixit dominus ad Moy-
sen. Loquere filiis israel. Si in p̄ceptis
meis ambulaueritis: & mandata mea custo-
dieritis: & feceritis ea: dabo vobis pluuias
temporibus suis: & terra gignet germen
suum: & pomis arbores replebuntur. Ap-
prehendet messium tritura vindemiam: &
vindemia occupabit semetem: & comedet
tis panē v̄strum in saturitate: & absq; pauore
habitabitis in terra v̄stra. Dabo pacem in fini-
bus vestris: dormietis: & non erit qui exter-
reat. Auferam malas bestias a vobis: & gla-
dius non transibit terminos vestros. Perse-
quemini inimicos vestros: & corruent corā
vobis. Persequentur quinq; de vestris cen-
tū alienos: & cētum ex vobis decem millia.
Cadent inimici vestri in conspectu v̄stro

gladit. Respiciam vos & crescere faciam; multiplicabimini & firma bo pacto meum vobiscum. Ercomedetis vetustissima veterum; & veterata nouis superuenientibus proficietis. Ponam tabernaculum in medio vestri; & non abiciet vos vltra anima mea. Ambulabo in ter vos; & ero vester deus; vosq; eritis populus meus. Dicit dñs ops.

Lectio Danielis prophetae. Cap. iij.

Lectio alia.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacē; & excussit flāma ignis de fornace; & fecit mediū fornacis quasi ventū roris flātē. Flāma autem diffusa est super fornacē cubitis quadraginta nouē; & incēdit quos reperiit iuxta fornacem de chaldæis ministros regis qui eū incendebant; & non tetigit eos omnino ignis nec cōstituit; nec quicq; molestiē intulit. Tūc hi tres q̄i ex vno ore laudabāt; & glorificabant; & benedicebant deum in fornace; dicētes. Benedictus es domine de⁹ patrum nostrorum; & laudabilis & gloriosus & super exaltatus in sæcula. & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum; & super exaltatum in omnibus sæculis. Bededictus es domine in templo sancto gloriæ tuæ; & suplaudabilis & supghosus in sc̄la. Bñdictus es i throno regni tui; & suplaudabilis & sup exaltatus in sæcula. Benedictus es qui intueris abyfso; & sedes super cherubin; & laudabilis & super exaltatus in sæcula. Benedictus es in firmamento cœli; & laudabilis & gloriosus in sæcula. Benedicite omnia opera domini domino; benedicite cœli domino. Benedicite angeli domini domino; hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino; benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite sol & luna domino; hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite stellæ cœli domino; bñdicite humber & ros domino. Bñdicite omnis spiritus dei domino; hymnum dicite & super exaltate eū in sæcula. Benedicite ignis & æstus dño; benedicite frigus & ætas dño.

Angel⁹ domini descendit. Ex Daniele propheta cap. iij. In quo ponitur liberatio trium puerorum ex fornace ignis & ipsorum hymnus ex liberatione. Et socijs eius. s. Anania & misael. Vno ore. spiritus sancto dicite illis verba & verborum modulationem. Nomē gloriæ. scilicet tetragramaton. i. quattuor litterarū. In tēplo. ad humanitatē christi referri potest; in qua deus habitat. In throno. & hoc ad virginē deiparā. Abyfso. i. spiritus dānatos & infides angelis. Firmamento. id est cœmpyreo. Cætera patens ad finem vsq;.

EPISTOLAE.

Benedicite rores & pruina dño: hymnū dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite glacies & niues dño: benedicite noctes & dies domino. Benedicite tenebrae & lumen domino; hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite frigus & estas domino: benedicite pruina & niues domino. Benedicite figura & nubes dño: hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicat terra dominum: benedicite montes & colles domino. Benedicite omnia na scentia terræ domino; hymnum dicite & super exaltate eū in sæcula. Benedicite maria & flumina domino: benedicite fontes domino. Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis domino: hymnū dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite omnes volucres cœ li domino: benedicite bestiae & vniuersa pecora domino. Benedicite filij hominum domino: hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite israel domino: bñdicite sacerdotes domini dño. Benedicite serui domini domino: hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite spiritus & animæ iustorū domino. Benedicite sancti & humiles corde domino: hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite Anania Azaria Misael dño: hymnū dicite & super exaltate eum in sæcula.

Lectio alia.
Conuenit vniuersa ciuitas. Ex actib9 Apostolorum capite. xxi. In quo postea quā posuit apostoli Pauli prædicationem factam in Antiochiam p̄sidig. Hoc in loco ponit cōtra dictionem principum synagoge aduersantiū paulo. Vniuersa ciuitas. Antiochensum. Repleti zelo. In inuidia. & non amoris. Blasphemantes. id est maledicentes & detrahētes. Vobis primum. quæ christus principaliter venit propter oves israel. Conuertuntur ad gentes. quarum vocacione futura ē scriptura sacra. Præcepit dominus. cū dixit.

Lectio Actū Apostolorū. Cap. xii.
Indiebus illis. Conuenit vniuersa ciuitas laudire verbum domini. Videntes autē turbasiudæi repleti sunt zelo: & contradicebant his: quæ a Paulo dicebātur blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniā repellistis illud: & indignos vos iudicastis vitæ eternæ: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Posui te in lucem gentium vt sis in salutem vsq; ad extremū terræ. Audientes autem gentes gauisi sunt: & glorificabant verbum domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitā æternam. Disseminabatur autem verbum dñi per vniuersam iudeam. Iudei autem concitauerūt religiosas mulieres; & honestas; &

primos ciuitatis: & excitauerunt persecutio-
nem in Paulū & Barnabam: & eiecerūt eos
de finibus suis. At illi excusso puluere pedū
in eos: venerunt iconiū. Discipuli autem re-
pleba: tur gaudio & spiritu sancto.

Dominica in trinitate,
Apocalyp. Cap. iij.

IN diebus illis. Vidi ostium apertū in cœ-
lo: & vox prima quā audiui tanq̄ tube lo-
quētis mecū dicēs. Ascēde huc: & ostēdā ti-
bi q̄ oportet fieri cito. Post hæc statim fui in
spū: & ecce sedes posita erat in cœlo: & su-
pra sedē sedēs: & q̄ sedebat similis erat aspe-
ctui lapidis iaspidis & sardinis. & iris erat in
circuitu sedis similis visioni smaragdine. &
in circuitu sedis sedilia viginti quattuor: &
supra thronos viginti quattuor seniores se-
dētes circūamīti vestimētis albis: & in capi-
tibus eorū coronas aureas. & de throno p̄ce-
debāt fulgura: & voces & tonitrua. & septē
lāpades ardētes ante thronū: q̄ sunt septem
spūs dei. & in cōspectū sedis tanq̄ mare vi-
treū simile crystallo. & in medio sedis & i cir-
cuitu sedis quattuor aīalia plena oculis ante
& retro. & animal primum simile leoni: &
sc̄dm aīal simile vitulo: & tertū aīal habens
faciē quasi hoīs: & quartū aīal simile aquile
volātū. & quattuor animalia: & singla eorū
habebāt alas senas: & in circuitu & int̄ ple-
na sunt oculis. & requiē nō habebāt die ac-
nocte: dicētia. Sctūs. Sctūs Sctūs. Dñs deus
om̄ps: qui erat: & q̄ est: & q̄ venturus est. &
cū darent illa animalia gloriā: & honorē: &
benedictiōnē sedēti super thronū viuētī in
sæcula sęclorū: procidebāt viginti quattuor
seniores ante sedem in throno: & adorabāt
viuentem in sæcula sęclorum. Amen.

eritis mihi testes in Ieru-
salem. In lucem gērium.
Esaie. xlix. Gaudisi sunt.
scilicet de sua conuersio-
ne & salute. Præordina-
ti. id est a deo p̄destinati.
Excusso puluere. sicut di-
xerat saluator. Matth. x.
Venerunt iconium. quæ
est ciuitas.

Vidi ostium apertū in trinitate.
Vidi ostium apertū in cœlo. Ex apo-
calypsi. cap. iij.
In quo ponitur reuelatio
facta Ioannis: de re-
bus quæ pertinent ad fidem
eccc̄ie vniuersalem.
& primo describitur dei
maiestas reuelātis. Vox
quā audiui. hæc vox erat
angeli. Quæ oportet fie-
ri. ex dei ordinatiōe. Iaspidis
& sardinis. lapilli
sunt preciosi. Iris. arcus
cœlestis. Smaragdine. q̄
est vnus ex coloribus iri-
dis. Viginti quattuor se-
niores. tale consortium
ad maiestatem præsiden-
tis pertinet. De throno.
scilicet dei. Septem lāpades.
& quid per illas
intelligatur: ipse subdit
quod sunt septem spiri-
tus sancti dona. Mare vi-
treum. per quod signifi-
catur sacramentum bap-
tismi. Quattuor anima-
lia. per quæ intelliguntur
quattuor euangelistæ.
Alas senas. id est quodlibet
animal alas sex. Qui
erat. per hoc designatur
dei æternitas. Procides
bant. scilicet adorantes
deum viuentem in sęcū-
la sęculorū. id est in vitā
æternam.

EPISTOLAE

¶ FERIA III. SEQUENTI.

Feria quarta Actuum Apo-
stolorum. Capite. v.

Respondens autem Petrus. Ex actibus apostolorum capite. v. In quo postea Lucas posuit increpationem apostolorum: qui dicebantur concitare plebem inducendo nouam doctrinam. hic ponit res posum Petri & apostolorum. Exaltauit. per resurrectionem. & ad celum ascensionem; Poenitentiam. id est tempus poenitendi. Sumus testes. quibus interfuimus. Disscebatur. id est fremebatur. Honorabilis. id est qui habebatur ab omnibus honori. Ad breue. scilicet tempus. ut in apostolorum absentia loqueretur. Theodas. cuius re etiam Iosephus meminit. Esse aliquem. id est magnum Persius sese aliquem credens. Occisus est. a Fudo (scilicet) Syriae praeside. Iudas Galileus. alterum exemplum ad hoc inducit. In diebus professionis. quibus quiescebat in ciuitate suam: ut ibi presideretur non men suum & familiae. Et nunc applicat haec exempla ad negocium presens hoc. Consilium hoc. id est doctrina. Dissoluetur. sicut horum quos dixit. Consenserunt illi. scilicet Gamaliel. Cesis. id est verberatis apostolis: puta pugnis & alapis. Gaudentes. tametsi vulnerati.

In diebus illis. Respondens autem Petrus & apostoli: dixerunt ad plebem. Obedire oportet deo; magis quam hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum; quem vos interemistis; suspēdētes in ligno. Hūc principem; & saluatore deus exaltauit dextera sua ad dandam poenitentiam israel & remissionem peccatorum. & nos sumus testes horum verborum; & spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Haec cum audissent dissecabantur; & cogitabant interficere illos. Surgens autem quidam in concilio pharisaeus nomine Gamaliel legis doctor honorabilis vniuersae plebi: iussit foras ad breue homines fieri. Dixitque ad illos. Viri israelite attendite vobis super omnibus istis: quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas dicens se aliquem esse. Cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est; & omnes qui credebant ei: dissipati sunt; & reducti ad nihilum. Post hūc extitit iudas galileus in diebus professionis: & auertit populum post se; & ipse periit; & omnes quotquot consenserunt ei: dispersi sunt; & nunc itaque dico vobis: discedite ab omnibus istis; & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc; aut opus: dissoluetur. Si vero ex deo est: non poteritis dissoluere: ne forte & deo repugnare videamini. Consenserunt autem illi: & conuocantes apostolos: cesis denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu; & dimiserunt eos. & illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Omnia autem die non cessabant in templo;
& circa domos docentes, & euangelizan-
tes iesum christum.

In festo corporis christi Ad
Corinthios, i. Capite, xi.

FRATRES. Ego enim accipi a domino
quod & tradidi vobis. Quoniam do-
minus iesus in qua nocte tradebatur, acce-
pit panem; & gratias agens; fregit, & dixit,
Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum;
quod pro vobis tradetur. Hoc facite in mea
commemorationem. Similiter & calicem postquam
coenauit; dicens. Hic calix nouum testamē-
tum est in meo sanguine. Hoc facite; quo-
tenscumque biberitis in meam commemora-
tionem. Quotenscumque enim manducabi-
tis panem hunc; & calicem biberitis; mortem
domini annuntiabitis; donec veniat. Itaque
quicumque manducauerit panem; & biberit
calicem domini indigne; reus erit corporis
& sanguinis domini. Probet autem seipsum
homo; & sic de pane illo edat; & de calice bi-
bat. Qui enim manducat; & bibit indigne;
iudicium sibi manducat & bibit; non diju-
dicans corpus domini.

Dominica prima post festum Trinitatis.
Ioannis primo. Cap. iiii.

Charissimi. Deus charitas est. In hoc ap-
paruit charitas dei in nobis; quoniam filium suum
vni genitum misit deus in mundum; ut vi-
uamus per eum. In hoc est charitas; non qua
si nos dilexerimus deum; sed quoniam ipse
prior dilexit nos; & misit filium suum propicia-
torum pro peccatis nostris. Charissimi; si di-
lexit nos deus; & nos debemus alterutrum
diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligi-
mus inuicem; deus in nobis manet; & cha-

In festo corpo-
ris christi.

Ego enim accipi a do-
mino. Ex prima epi-
stola Pauli ad Cor-
inthios cap. xi. In quo
apostolus ostendit huius
sacramenti dignitatem.
A domino. scilicet. domi-
no reuelante. Iesus. a quo
est sacramentorum insti-
tutio. Tradebatur a iu-
da proditore. Fregit. non
ante consecrationem. Itaque
per prolepsin hoc dicit.
Hoc est corpus meum.
verba sunt consecratio-
nis. nouum testamētum.
in quo promittuntur bo-
na spiritualia sicut in ve-
teri temporalia. Annun-
ciabitis. representando ip-
sam per hoc sacramentum.
Donec veniat. ad iudicium
vltimum. Itaque. hortatur.
ad hoc sacramentum di-
gne accipiendum. Reus
erit. id est punietur; ac si
christum occiderit. Pro-
bet se. id est conscientiam
suam examinet. Et sic. sci-
licet digne accipiendo.
Non dijudicans. id est di-
scernens ab alijs cibis;

Dominica prima
post Trinitatem.

Deus charitas est.
Ex epistola Ioan-
nis prima. capite
quarto. In quo aposto-
lus hortatur fideles ad
charitatem proximi; di-
cens; quia qui fratrem
diligit; est ex deo; & dei
filius; & qui non dili-
git; & cetera.

H iij

In hoc dei exemplo idē facit: qui nos dilexit. Viuamus per eum, vita gratia. Propiciationē, quia sic fecit nos deo amicos ex inimicis per peccatū. Nemo vidit, nihilominus tamē in nobis habitat. Vidimus, humanitatem christi, oculis corporalibus. Deus in eo manet, s. per gratiā. In die iudicij, quia hæc dilectio dat nobis securitatem. Sicut ille est benefaciens in cœlo iustis & iniustis: ita & nos debemus facere amādo bonos & malos amicos & inimicos, alia parēt.

¶ Feria quarta sequenti.

Non regnet peccatu. Ex epla Pauli ad Romanos cap. vi. In quo induit fideles ad dimittendum peccatum: hic ostēdit dimittendi modū. Vt obediat, quia q̄ est subditus peccato: trahitur ab appetitu irrationali. Membra vestra, quæ sunt instrumenta bene aut male operandi. Arma iusticie sunt honorum, operum, instrumenta. Non dominabitur, id est fomes inclinans ad peccandum. Sub lege mosaica, quæ gratiam non conferebat. Peccauimus, quasi dicitur: non peccauimus. An nescitis, quasi dicat: scire debetis. Siue peccati, quia qui facit peccatū feruus est peccati. In forma doctrinæ, s. catholice per christum, & apostolis, diuulgate.

ritas ei⁹ in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus: quoniam in eo manemus & ipse in nobis: quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis; & nos vidimus & testificamur; quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit: quoniam Iesus est filius dei; deus in eo manet; & ipse in deo. Et nos cognouimus & credimus charitati: quam habet deus in nobis. Deus charitas est; & q̄ manet in charitate; in deo manet; & deus in eo. In hoc enim perfecta est charitas dei nobiscum: vt fiduciam habeamus in die iudicij; quia sicut ille est; & nos sumus in hoc mundo. Timor nō est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem; quoniam timor poenam habet. Qui autem timet; nō est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum; quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: quoniam diligo deum; & fratrem suum oderit; mendax est. Qui enim non diligit fratrem suū quem videt; deum quem nō videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo; vt qui diligit deum; diligit & fratrem suum.

Feria quinta beati Pauli ad Romanos. Cap. vi.

Fratres. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore. Non obediat concupiscentiis eius; sed neque membra vestra arma iniquitatis. Non exhibete vos deo tāq̄ ex mortuis. Mutate; & membra vestra arma iusticie deo. Peccatū enim vobis nō dominabitur. Nō enim sub lege estis; sed sub gratia. Quid ergo? Peccauimus; quoniam non sumus sub lege; sed sub gratia. Absit. An nescitis; quoniam cui exhibe-

tis vos seruos ad obediendū: serui cūstis eius cui obedistis; siue peccati ad mortē: siue obedi-
tionis ad iusticiam. Gratias autem deo; quod
fuisstis serui peccati: obedistis autem ex cor-
de in eam formam doctrinæ: in quam tradi-
ti estis. Liberati autem a peccato: serui autē
facti estis iusticię. Per iesum christum domi-
num nostrum.

Feria sexta Beati Pauli
Ephesios. Capite. primo.

FRatres. Nō cesso gratias agens pro
vobis memoriā vestri faciēs in ora-
tionibus meis; vt deus pater domini nostri
Iesu christi pater glorię det vobis spiritum
sapientię & reuelationis in agnitiōe eius;
illuminatos habere oculos cordis vestri; vt
sciatis quæ sit spes vocationis eius: & quæ
diuitiæ glorię hæreditatis eius in sanctis: &
quæ sit supereminens magnitudo virtutis
eius in nos; qui credimus secundū operatio-
nem potentię virtutis eius; quam operatus
est in christo: suscitās illum a mortuis; & cō-
stituens eum ad dexteram suam in cœlesti-
bus supra omnem principatum; & potesta-
tem; & virtutem; & dominationem; & omne
nomen quod nominatur; non solum in
hoc sæculo: sed etiam in futuro; & omnia
subiecit sub pedibus eius; & ipsum dedit ca-
put supra omnem ecclesiam; quæ est cor-
pus eius / & plenitudo eius; qui omnia in
omnibus adimpletur.

Dominica secunda beati Iohannis
apostoli. i. Capite. iij.

Charissimi. Nolite mirari si odit vos
mundus. Nos scimus quoniam trans-

¶ Feria. vi. sequenti.

Non cesso gratias.
Ex epistola Pauli
ad Ephesios. capite
primo. vbi posteaquā
pemisit salutationē in
principio epistolarū dis-
ci solitā: agit deo grās de
illorum conuersione ad
fidem & mutua charita-
te. In agnitionem eius. i.
vt illum cognoscatis.
Quæ sit spes. id est cres-
centes: quid sperare des-
beant. Quæ diuitiæ. vns
de nobis det præmia. In
nos. ad nobis beneficiis
dum. In christo. id est p-
christum. Omne nomen.
vtra quattuor ordines
spirituum; quos nomi-
nauit: vsq; ad vltimam
hierarchiam. Sub pedibus
eius. cum data est illi
in omni potestas in cœ-
lo & in terra. Mathei vl-
timo. Super ecclesiam.
tam militantem q̄ triū-
phantem. Corpus ipsius.
scilicet mysticum. Qui
omnia. ordo est. Plenitudo
eius adimpletur. id est
perficitur per eum. qui
omnia in omnibus ope-
ratur. id est per christū.

¶ Dominica scda
post trinitatē.

Nolite mirari si odit vos mundus.
Ex epistola Iohannis.
i. capite. iij. In quo
posteaq; induxit fideles
ad charitatem: nunc des-
terret illos ab odio. Si
odit vos. quia opera mū-

mundi maligna sunt & sine charitate. De morte ad vitam. & hoc per charitatem. In morte. id est in peccato. Homicida est. sui & alterius quem odit. Vitam. quae confertur per gratiam. Cognouimus. per experientiam. Pro fratribus. s. corporalem pro spirituali illorum. Qui habuerit. duos ponit casus: in quaeleemosyna de necessitate facienda est: quod si non fecerit: non erit in eo charitas.

Feria. iij. sequenti.
Mortificate membra vestra. Ex epistola pauli ad Colossenses. cap. ij. In quo apostolus inducit colossenses ad conseruandam vitam sanctimoniam per fugam vitiorum. Super terram. id est quae sunt ad presentem vitam pertinentia. Idolorum seruitus. quia auarus magis colit pecuniam quam deum. Propter quae. scilicet vitia superiora. Ira dei. id est vindicta. Incredulitatis. i. qui non credunt credenda. Vos ambulastis. ante conuersionem. Nunc deponite. scilicet vitia spiritualia. Mentiri inuicem. decipientes vos. Veterem hominem. id est vitia illa gentilitatis vestrae ante conuersionem. Nouum hominem. qui est renouatus per baptismum & dei cognitionem. Imaginem eius. id est partem rationalem. quae est dei imago. nam irrationalis similis est bestis. Masculus & foemina. quae non est distinctio ex parte mentis: sed corporis. In omnibus christus. sine distinctione sexus & nationis.

lati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida: non habet vitam aeternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi: & viderit fratrem suum necessitatem habere: & clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filii mei non diligamus verbo tantum nec lingua: sed opere & veritate.

Feria. iij. Beati Pauli ad Colossenses. Cap. iij.
Fratres. Mortificate membra vestra quae sunt super terram: fornicationem immunditiam: libidinem: concupiscentiam malam: & auaritiam: quae est simulachrum seruitutis. Propter quae venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus & vos ambulastis aliquando cum ueritis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia: iram: indignationem: malitiam: blasphemiam: turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis: & induentes nouum eum: qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum: ubi non est masculus & foemina: gentilis & iudaeus: circuncisio & praepunium: barbarus & scyta: seruus & liber. Sed omnia & in omnibus christus.

Feria sexta Beati Ioannis apostoli. i. Capite. i.

¶ Feria sexta sequenti.

Hæc est annūciatio. Ex epistola. i. Iohānis capite primo. In quo post
to pœnio accedit ad institutionem fidelium, q̄s de rebus quæ ma
xime ad fidem pertinent. Annūciatio. idest euangeliū. Auditu
mus ab eo. scilicet a verbo incarnato. Lux est. Iohannis. ix. Ego sum lux mū
di. In tenebris, scilicet
culpe & ignorantia. Mē
timur. scilicet verbo. Ve
ritatem nō facimus. scilicet
opere. nam veritas
etiam in operibus est.
Ethicorum. iij. In luce
ambulamus. iuste viuem
do. Societatem habem⁹.
scilicet in charitate viuem
tes. Emundat nos. per sa
cramēta. Seducim⁹ nos.
q̄a nō sumus in societate
cum deo. Confiteamur.
scilicet nos esse peccato
res. Peccauim⁹ in prete
rito. Mendacem eum les
cimus. quia sepe in scri
ptura dicit: quod nemo
immunis est a culpa.

Charissimi. Hæc est annūciatio; quā au
diuimus ab eo; & annunciamus vo
bis; quoniam deus lux est; & tenebræ in eo
non sunt vllæ. si dixerimus quoniā societa
tem habemus cum eo; & in tenebris ambu
lamus; mentimur; & non facimus veritatē.
Si autem in luce ambulam⁹; sicut & ipse est
in luce; societatem habemus ad inuicem; &
sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni
peccato. Si dixerimus; quoniā peccatū non
habemus; ipsi nos seducimus; & veritas in
nobis nō est. Si cōfiteamur peccata nostra;
fidelis est & iustus; vt remittat nobis pecca
ta nra; & emundet nos ab omni iniquitate. Si
dixerimus; quoniam non peccauimus; mē
dagem facimus eum; & verbum eius in no
bis non est.

Dominica tertia Beati Petri
Apostoli. i. Capite. v

Charissimi. Humiliamini sub potenti
manu dei; vt vos exaltet in tempore
visitationis. Omnē sollicitudinē vestrā pro
ficiētes in eum; qm̄ ipsi cura est de vobis.
Sobrij estote & vigilate; quia aduersarius
vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit que
rens quē deuoret; cui resistite fortes in fide;
scientes eandē passionem ei que in mundo
est vestræ fraternitati. Deus autem omnis
gratię; qui vocauit nos in æternam suā glo
riam in christo Iesu modicū passos; ipse per
ficiet; confirmabit. solidabitq̄. Ipsi glorię &
imperium in sæcula sæculorum.

¶ Dominica tertia
post trinitatem.

Humiliamini sub
potēti manu dei.
Ex epistola Pe
tri. i. cap. v. In quo post
ea quā instituit seniores;
hic instituit iuniores. s.
maxime ad humilitatem
& obedientiam. Omnē
sollicitudinē. nō quod
sint negligētes; sed quod
a deo sit omne bonū pu
tātes. Sobrii. in victu &
vestitu. Circuit. parans
vobis insidias in quas in
cidatis. In fide. charitate
informata. Et fraternita
ti. i. fratribus vestris qui
sunt p̄ oām mundū disp̄
si; q̄ eadē patiunt. Omnia
gr̄ę. largitor. In modicū
cum passos. quia pena
temporalis breuis est.

EPISTOLAE

¶ Feria quarta sequenti.

OMne quodcūq; facitis. Ex epistola Pauli ad Colossenses. capite tertio. in quo loco apostolus induxit ad perfectionem operis. In nomine christi. omnia in eius gloriam referentes. Patri per ipsum. quia mediator est inter nos & deum in omnibus. In domino. idest illicitis & honestis (nam in turpibus non licet.) Amari esse. idest duri & difficiles. Obedite parentibus. quos debere honorari etiam in preceptis legalibus tradidit. Vt non pusillo animo fiant. siue fugam arripientes: siue non potentes vobis obtemperare propter sequitiam vestram. Ad oculum. idest in presentia: sed etiam in absentia. Placentes. idest ut illis placeant. Timentes dominum. idest placentes deo & non hominibus. Ex animo. idest voluntarie & non coacti.

¶ Feria. vi. sequenti.

Reportantes finem fidei. Ex epistola Petri. i. cap. i. Pendet autem lectio ex superioribus (nā dixerat in qua nunc quoque videntes creditis.) Credentes autem exultabitis læticia inenarrabili & glorificata. tunc sequitur reportantes finem fidei. scilicet salutem animarum. In quod vel quale. scilicet salutem illa per christum esset ventura. Passiones & glorias. ut Ezaix. capite. liij. Non sibi metipsis. scilicet prophetis. Vobis. prænunciando quæ vestris temporibus erant futura. Spiritu sancto. in die pentecostes.

Feria quarta. Beati Pauli ad Colossenses. Capite. iij.

FRatres. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini iesu christi facite: gratias agentes deo & patri per ipsum. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domino. Viri diligite vxores vestras: & nolite amari esse ad illas. Filij obedite patribus per omnia; hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros: ut non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum seruientes: quasi omnibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcūq; facitis: ex animo operamini: sicut domino & non hominibus: scientes quia domino accipietis retributionem hereditatis. Per iesum christum dominum nostrum.

Feria sexta. Beati Petri apostoli. prima. Capite. i.

Charissimi. Reportantes finem fidei vestrae salutem animarum. De qua salute exquesierunt: atque scrutati sunt prophetae: qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus christi: prænuncians eas: quæ in Christo sunt passionis & posteriores glorias: quibus reuelatum est: quia non sibi metipsis. Vobis autem ministrabant ea: quæ nunc nunciata sunt

In quem scilicet spiritum sanctum cum trinitate. Propter quod id est quia estis filij dei per adoptionem. Succincti lumbos id est casto corpore & mēte. In reuelationem id est per reuelationem. Configurati id est conformati. Secunda cum scilicet deum. Scriptum est. Leuitici xxi. Et si patrem inuocatis. i. quia inuocatis. Incolatus vestri id est vite & alludit ad illud psalms mittere. Incolatus meus pro longatus est.

vobis per eos qui euangelizauerunt vobis spiritu sancto misso de coelo in quem desiderat angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mentis vestrae sobrii perfecti sperate in eam quae offertur vobis gratia in reuelatione Iesu christi; quasi filij obedientiae non configurati prioribus ignorantiae vestrae desiderijs; sed secundum eum qui vocauit vos sanctum: vt & ipsi sancti in omni conuersatione sancti sitis. Quoniam scriptum est. Sancti eritis; quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptatione personarum iudicat secundum vniuersum usque opus: in timore incolatus vestri tempore conuersamini.

Dominica. iij. Beati Pauli
ad Romanos. Cap. viij.

FRatres. Existimo enim quod non sint condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam: quae reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creaturae subiecta est non volens; sed propter eam qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit: & patitur usque adhuc non solum autem illa; sed & nos ipsi primitias spiritus habentes: & ipsi in nos gemimus adoptionem filiorum dei; expectantes redemptionem corporis nostri in Iesu christo domino nostro.

pro longatus est.

¶ Dominica quarta post trinitatem.

EXistimo enim quod non sint. Ex epistola ad Romanos capite viij. dicitur superioribus: quod per adhesionem ad christum: consequimur vitam aeternam: nunc qualis illa sit vita ostenditur: & quantum hac praestat. Cōsignat. i. equales. Huius temporis. i. vite temporalis. Spectatio creaturae id est hominis. Reuelationem id est beatitudinem: & hoc per patientiam laborum. Vanitatis. i. mortis & passionibus. Non volens. quasi dicat. Velit noluit: & hoc pro peccatis Adā. Propter eum qui id est deum patientes. In spe scilicet resurrectionis. A seruitute. i. id est a mortalitate. Ingemiscit. est in continuo dolore. & patuit. illa hōre solus desiderat. Vsq. adhuc id est in hac vita. Nos ipsi. s. apostoli qui primi spiritum sanctum accepimus. Gemimus. scilicet in tribulationibus. Expectantes adoptionem id est praemissam adoptionem nostram in filios dei. Et redemptionem id est liberationem a corruptione.

¶ Feria. iij. sequenti.

Sicut per vnus delictum. Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. v. In quo
 ap[osto]lus comparat peccatum ad donum christi. Et primo quantum
 ad peccatum Adam. deinde quantum ad peccatum in lege. Vnius deli-
 ctum. scilicet primae parentis. Per vnus iusticiam. i. christi. Inobedientiam
 vnus. qui non e[st] deditus deo: & pruaricatus est. Obeditionem vnus. id est
 christus qui factus est obe-
 diens patri vsq[ue] ad mortem. Subintravit. i. succ-
 cessit. vt abundaret deli-
 ctum. quia ante legem li-
 cebat hoc. vel alio modo
 agere. sed post legem no[n]
 licet sine peccato transgre-
 di. Superabundabit & gra-
 tia. per christum. Cetera
 parent.

¶ Feria. vi. sequenti.

Patientes estote. Ex
 epistola Iacobi apo-
 stoli. cap. v. In quo
 iustus consolatur: ne in
 tribulationib[us] deficiat.
 Ad aduentum domini.
 cum accipietis laborum
 vestrorum mercedem. Ecce
 agricola. ex[em]plo agris
 colere expectatum esse dis-
 cit. Temporaneum. i. suo
 tempore. Et serotinum. i.
 postea prouenientem.
 Appropinquabit. id est
 prope est merces vestra.
 Ingemiscere i alterutro.
 scilicet videntes alterius
 labores. Non iudicemini.
 id est condemnemini
 impatientie. Iudex affi-
 stit. id est prope est chris-
 tus qui vos liberabit.
 Exemplum accipite. scilicet
 licet propheta. Exitus
 mali. id est mortis que
 non est malum culpe sed
 poenae. Longanimitatis. i.
 spei. Beatificamus eos.
 id est beatos dicimus. Fi-
 nis d[omi]ni. quia & ipse mor-
 tem subiit.

¶ Feria. iij. beati Pauli ad Rom. Cap. v.

Fratres. sicut per vnus delictum mors in-
 travit in condemnationem; sic &
 per vnus iusticiam in omnes homines in-
 iustificationem vite. Sicut enim per inobedi-
 tiam vnus hominis peccatores constituti
 sunt multi; ita & per vnus obedi-
 tionem iusti constituentur multi. Lex autem subin-
 travit vt abundaret delictum. Vbi autem abun-
 dabit delictum; superabundabit & gratia.
 Vt sicut regnavit peccatum in mortem; ita
 & gratia regnet per iusticiam in vitam eter-
 nam Per Iesum christum dominum nostrum;

¶ Feria sexta beati Iacobi

apostoli. Capite. v.

Charissimi. Patientes estote vsq[ue] ad ad-
 ventum domini. Ecce agricola expe-
 ctat preciosum fructum terre; patienter fe-
 ret; donec accipiat temporaneum & seroti-
 num. Patientes igitur estote; & vos confirmate cor-
 da vestra; quia aduentus domini appropin-
 quabit. Nolite ingemiscere fratres in alteru-
 trum; vt non iudicemini. Ecce iudex ante
 te ianuam assistit. Exemplum accipite fra-
 tres exitus mali & longanimitatis; & labo-
 ris; & patientiae prophetas; qui locuti sunt
 in nomine domini. Ecce beatificamus eos
 qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audi-
 stis & finem d[omi]ni vidistis. Quoniam mis-
 ericors est deus & miserator.

¶ Dominica quinta beati Petri

apostoli. Capite. iij.

¶ Dominica quinta post Trinitatem.

Omnes vnanimes in oratione. Ex epistola Petri prima, capite. iij. In quo apostolus informat fideles ordinando eos ad proximum. Illud vero quod dicit in oratione in clausula superioris scilicet benedictio vestra non impediatur orationes vestre. Compaticentes. scilicet impicem alter alterum. In hoc. i. ad hoc vt benedicatis certam maledictionibus vobis. Qui enim vult. Hoc sumptum est ex psal. xxxij. Oculi super iustos. respiciens eos fauorabiliter. Aures eius. sup. parate ad audiedum. Vultus domini. scilicet iratus ad illorum punitionem. Aemulatores boni. id est virtutis & bonitatis. Beati. scilicet. Tis morem eorum. id est terrorem quo vos tentant a bono depellere. Cōuersi. id est. impatiēter aduersa sustinendo. Sanctificate diu. i. firmate.

Charissimi. Omnes vnanimes in oratione estote cōpauētes; cōfraternitatis amatores; misericordēs; modesti; humiles. Non reddētes malum pro malo; nec male dictum pro maledictio; sed e contrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis; vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere; & videre dies bonos; tēdeat lingua sua a malo; & labia eius ne loquantur dolū. Declinet autem a malo; & faciat bonum; inquirat pacē; & sequatur eā; quia oculi domini super iustos; & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala; & q̄s est q̄ vobis noceat si boni emulatores fueritis; Sed dēsi quid patimini propter iusticiā; beati. Timorem autem eorum ne timueritis; vt non conturbemini. Dominum autem christum sanctificate in cordibus vestris.

Feria. iij. beati Pauli ad Romanos. Capite. iij. &. iij.

Fratres. Arbitramur enim iustificari hominem per fidē sine operib⁹ legis. An iudeorū deus tantum? Nōne & gentium? Immo & gentiū. Qm̄ quidē vnus est deus qui iustificat circumcissionem ex fide; & prapucium per fidem. Legem ergo destrui⁹ per fidē. Absit. Sed legē statui⁹. Quid ergo dicimus inuenisse Abrahā patrē nrm̄ secundū carnem? Si enim Abrahā ex operibus legis iustificatus est; habet gloriā; sed non apud deū. Quid enim scriptura dicit

terum. In hoc. i. ad hoc vt benedicatis certam maledictionibus vobis. Qui enim vult. Hoc sumptum est ex psal. xxxij. Oculi super iustos. respiciens eos fauorabiliter. Aures eius. sup. parate ad audiedum. Vultus domini. scilicet iratus ad illorum punitionem. Aemulatores boni. id est virtutis & bonitatis. Beati. scilicet. Tis morem eorum. id est terrorem quo vos tentant a bono depellere. Cōuersi. id est. impatiēter aduersa sustinendo. Sanctificate diu. i. firmate.

¶ Feria. iij. sequenti.

Arbitramur enim iustificari. Ex epistola Pauli ad Romanos cap. iij. &. iij. In quibus comparat legem veterem legi euangelice. Arbitramur. &c. quā dicitur: nōn: quia fides sine operibus mortua est. Deus tantū. quia est etiā gentium. Deus est. scilicet iudeorū & gentiū. Circumcissionem. id est iudeos. Preputium. id est gentes: & vtroq̄ per fidem christi ventura ut qui s̄ venit. Legem statui⁹. i. confirmamus veterē per nouā. Patrem nrm̄. a quo ḡ carnē iudei descendebat. Habet gloriā. s. apud hoies. q̄ obediunt deo. Et q̄ opatur. quia illud quod cōcedit

aliqui sicut merces operis traditur per modum debiti: vita autem eterna conceditur per viam gratiae. igitur non propter legis opera. Quia qui non operatur. id est legis opera non facit.

¶ Feria sexta sequenti.

Accedam ad vos in iudicio. Ex Malachia propheta capite. iii. In quo propheta ponit christi aduentum in iudicium finale. Testis velox.

quia breui tempore terminabit. Et de quibus sit prolatus sententia. Iudicabit quia deus qui sunt capitulum. r. Mitam Heliam. hoc ex capite sequenti sumptum est. qui ante domini aduentum ad hoc in vita referuatus predicabit contra antichristum. Corda patrum ad filios. id est incredulos reducent ad fidem parentum fidelium. Ne forte veniam. immo sine forte. quod est frequens in sacris litteris. aut dicit hoc propter temporis incertitudinem. Anachemate. id est eterna separatione. quia vitra non inhabitabitur.

¶ Dominica sexta post trinitatem.

Quicumque baptizatus sumus. Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. vi. Quia dixit paulo ante: quod vbi abundauit delictum superabundauit et gratia. diceret quispiam ergo per standum est in peccatis. hinc apostolus errorem remouet dicens. Quicumque baptizati. &c. In morte ipsius. ex qua baptizatus habere efficaciam. Cōsepulti sed ille surrexit ad vitam. & nobis surgendum est a peccatis ad vitam renouationem. Comparsati ex mala terra in bonam. Verus homo non

Credidit Abraham deo: & reputatum est illi ad iusticiam. Et autem qui operatur: non imputatur secundum gratiam; sed secundum debitum. Et autem qui non operatur; credenti autem in eum qui iustificat impium; reputatur fides eius ad iusticiam.

Feria sexta. Lectio Malachiae prophetae. Capite. iij.

Haec dicit dominus deus. Accedam ad vos in iudicio: & ero testis velox; maleficis & adulteris & periuris; & qui calūniantur mercedem mercenarum; & humiliant viduas & pupillos; & colaphizant capita populorum; & opprimunt peregrinos; nec sumuerunt me; dicit dominus exercituum. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis; & conuertet corda patrum ad filios; & cor filiorum ad patres eorum; ne forte veniam; & percutiam terram anathemate.

Dominica. vi. beati Pauli ad Romanos. Capite. vi.

Fratres. Quicumque baptizati sumus in christo iesu; in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo christus resurrexit a mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudine mortis eius; simul & resurrectionis erimus. Hoc sciētes; quia vetus homo noster simul crucifixus est; ut destruat corpus peccati;

ster. qui per baptismū surrexit in nouum hominem. Crucifixus est. idest mortuus vnde surgat nouus. Mortuus est. scilicet peccato. Iustificatus est. scilicet per baptismum. Mortuus est peccato. idest propter peccatum delendum. Semel. quia mors illa fuit sufficiens ad delenda omnium peccata. Ita & vos. similitudinem applicat.

vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. Si autē mortui sumus cum christo: credimus: quia etiam simul viuem⁹ cū illo. Scientes q̄ christus resurgens a mortuis iam non moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Quod em̄ mortu⁹ est pctō: mortuus est semel. Quod autem viuit: viuit deo. Ita & vos existimate vos mortu. vs quidem esse peccato. viuentes autem deo In christo Iesu dño nostro.

Feria quarta Pauli ad Hebręos.

Capite. xij. & xij.

Fratres. Habemus gratiam per quam seruiamus placentes deo: cum metu & reuerentia. Et enim deus noster ignis consumens est. Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis: hospitio receptis. Mementote victorum tanq̄ simul victi: & laborantium tanq̄ & ipsi in corpore morantes. honorabile cōtubium omnibus: & torus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: cōtenti p̄sentibus. Ipse enim dixit: non te deseram: nec derelinquam: ita vt cōfidenter dicamus. Dñs mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei. Quorū intuentes exitum: conuersationis imitamine fidem. Iesus christus heri & hodie ipse & in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Feria. iij. sequenti.

Habemus gratiā. Ex epistola Pauli ad Hebręos cap. xij. & xij. & pendet lesitio ex superioribus. itaq; regnum immobile suscipientes. subdit per quid possimus illud acquirere: dicens. Habemus gratiam. idest facile habere possumus. Metu & reuerentia. quæ sunt religionis instrumenta. Ignis cōsumens. s. malos. purgans vero bonos. Charitas fraternitatis. idest amor fraternus. & tangit tria in quibus debet ostendi charitas vera. quorū primum est. hospitalitas. Angelis hospitio receptis. vt Abraam & Loth. Genes. xvij. &. xix. Mementote victorū. idest eorum qui sunt in cæternis victi. quod est secundum. Et laborantium. scilicet in paupertate. quod est tertium. In corpore morantes: quia indigentia vestri corporis debet vos mouere de indigentia aliorum. Honorabile cōtubium. quoniam est libidinis repressiui. Torus immaculatus. i. legitimus. Ipse enim dixit Iosue primo. Dominus mihi adiutor. ex psal. Prepositorū. idest prelatorum.

¶ Feria. vi. sequenti.

EPISTOLAE

Haec scribo vobis. Ex epistola. i. Ioannis cap. ij. In quo ex predictis in capite superiori inferi incetum. Si quis peccauerit. ex humana fragilitate. Iustum. id est qui pro vere poenitentibus interpellat. Propiciatio. nam seipsum obtulit pro nostra expiatione. In hoc scimus. scilicet per experientiam. Se nosse deum. argumentum est a contrario. In hoc scimus. i. per experientiam cognoscimus. Et ipse ambulante. scilicet imitando illum. Mandatum nouum. scilicet antiquum: tam ex lege naturali. quam ex lege diuina in quibus iubemur proximos diligere sicut nosmetipsos. Mandatum nouum. id est in lege euangelica renouatum. Quod est verum. id est verificatum. In ipso. id est in christo: qui passus est pro nobis. Et in vobis. quia dixit mandatum nouum dicit vobis. &c.

¶ Dominica septima
post trinitatem.

Humanum dico propter infirmitatem. Ex epistola Pauli ad Romanos. Capite. v. In quo posteaque inducit Romanos ad peccata dimittenda: nunc inducit illos ad bene viuendum. & primo ex operis factitate: & quia paulo ante dixerat: liberati a peccato serui facti estis iusticie: nunc inferi dicens. Humanum dico. i. nihil difficile precipio: sed rationi consonum. & quod ab hominis fragilitate prestatari potest. quod probat ediuerso. quia quemadmodum in potestate nostras: & ille que per virtutem. Ita nunc. post conuersio

Feria sexta Beati Ioannis
apostoli. i. Capite. ij.

Charissimi. Hæc scribo vobis: vt non peccetis. Sed si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. & in hoc scimus quoniam cognouimus eum si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum: & mandata eius non custodit: mendax est: & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius vere: in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus: quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet sic. ille ambulauit & ipse ambulare. Charissimi: non mandatum nouum scribo vobis: sed mandatum vetus quod habuistis ab initio: mandatum vetus est verbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo vobis: quod est verum: & in ipso: & in vobis. Quoniam tenebrae transierunt: & lumen verum iam lucet.

Dominica septima Beati Pauli
ad Romanos. Capite sexto.

Fratres. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundicie: & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis: in quibus nunc erubescitis: Nam finis illorum mors est. Nunc vero:

nem vestram. In sanctificationem. id est vsq; ad sanctitatis consumationem.

¶ Feria quarta sequenti.

Nihil nunc damnationis. Ex epistola ad Romanos capite. viij. In quo posteaq; ostendit cessationem legis veteris factam per christum: nunc dicit adhaerendum esse christo legis gratiae auctori. Nihil damnatio-

liberati a peccato: serui autem facti deo. habetis fructum vestrum in sanctificationem; finem vero vitam aeternam. Suspendia enim peccati mors. Gratia autem dei vita aeterna. In christo Iesu domino nostro.

Feria quarta beati Pauli ad Romanos. Capite. viij.

Fratres. Nihil nunc damnationis est his qui sunt in christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitae in christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato dānauit peccatum in carne: ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus: sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt: quae carnis sunt: sapiunt. Qui vero secundum spiritum: quae sunt spiritus: sentiunt. Nam prudentia carnis mors est. Prudentia autem spiritus vita & pax. In christo Iesu domino nostro.

Feria. vi. beati Pauli ad Rom. Cap. viij.

Fratres. Sapientia carnis inimica est deo. Legem enim dei non est subiecta: necque potest. Qui autem in carne sunt: deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu. Si autem spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum christi non habet: hic non est eius. Si autem christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus vero vivit propter iustificationem.

nis. i. nulla damnationis causa. Lex spūalis quem admodum est euāgelica. A lege peccati. i. ab obligatione peccati actualis. Et mortis. q̄a tollit oēm poenam debitam pro peccato. Nam quod impossibile. declarat modū huius liberationis. Legi veteri. q̄a nō purgabat a peccatis aīe: sed carnis. Infirmabatur. id est erat imperfecta. Per carnē. quia non mundabat nisi corpus. Similitudinē carnis. quae fuit passibilis: tamen non peccatrix. De peccato. i. de seipso factō hostia pro peccato. Dānauit peccatum. id est deleuit. Prudentia carnis. i. quae carnalia quaerit. Mors est. i. ad mortem ducit. Prudentia spiritus: pax. i. reges.

¶ Feria. vi. sequenti.

Sapientia carnis inimica est deo. Ex eadē epistola. Et contungitur lectio epistolae superiori. Sapientia carnis. sapientia hic. & prudentia superiori improprie accipiunt. Inimica deo. quia repugnās illis p̄ceptis. Neque potest. quia nemo potest duobus dñis seruire. Nō est is. i. esse deberis. Si habitat in vobis. id est. cū baptismo spūm sanctum accepistis. & cū fide spiritū. Nō habet. q̄a perdidit gratiā. Nō est is. i. mēbrū. Mortuū ē. i. mortis necessitati subiectū.

EPISTOLAE

Quod si spiritus eius, id est dei, habitat in vobis, perseverando in fide & gratia: qui suscitavit illum: etiam suscitabit corpora vestra. & hoc propter spiritum habitantem in vobis.

¶ Dominica octava post trinitatem.

Debitores sumus non carni. Hæc lectio superiori continuatur, & est conclusio pendens ex superioribus: & patet lectio. Spiritu dei agitur, quia nemo venit ad me (dicit saluator) nisi pater meus traxerit illum, iterum in timore, si euri veteri lege quæ fuit lex timoris. Adoptionis filiorum, scilicet per gratiam. In quo, scilicet spiritu. Clamamus, clamare possumus. Abba, quod interpretatur pater, scilicet quia sumus adoptionis filij, Spiritus, scilicet sanctus, tertia in diuina persona. Testimonium reddit, scilicet quod sumus dei filij per revelationem Apostolo factam: atque etiam alijs compluribus. Si filij, consequens est: quod si sumus filij: erimus hæredes: non quasi filius naturalis quem constituit hæredem vniuersorum: sed glorie: quia adoptiuus.

¶ Feria quarta sequenti.
Non misit me christus baptizare. Ex prima epistola ad Corinthios cap. i. Apostolus in superiori parte dixit se paucos admodum baptizasse, cuius rationem nunc reddit: quod non tamen ad baptizandum: quam ad docendum missus est, quod est maioris officij, tamen et ad utrumque missi sunt apostoli. In sapientia verbi, id est mundana que verbis exquisitis peragitur. Euacuat crux christi.

Quod si spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitavit Iesum a mortuis: viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Dominica viij. Beati Pauli ad Romanos, Capite. viij.

Fratres. Debites sumus: non carni; ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicumque enim spiritu dei agitur: hi filij sunt dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: quod sumus filij dei. Si autem filij: & hæredes. hæredes quidem dei: cohæredes autem christi.

Feria quarta Beati Pauli ad Corinthios, Capite. i.

Fratres. Non enim misit me christus baptizare: sed euangelizare. Non in sapientia verbi: ut non euacuetur crux christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stulticia est: his autem qui salui fiunt, id est nobis virtus dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientum: & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens: vbi scribar vbi inquisitor huius seculi: Nonne stultum fecit deus sapientiam huius mundi: Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus?

id est fides passionis eius. quæ videtur gentibus stulticia: quia non argu-
mentis sed fide continetur. Verbum crucis. i. predicatio passionis. Peruen-
tibus. id est infidelibus. Virtus dei est. quia per crucem diabolus deusctus
est. Scriptum est. Esaię. xxix. Sapientiam. ingenio humano ad inuentam de
rebus diuinis. sicut prudentiam quæ est de agribilibus. Vbi sapiens: quasi
dicat: nusquam est in res

per sapientiam deum: placuit deo per stul-
ticiam prædicationis saluos facere creden-
tes. Quoniam & iudæi signa petunt: & græ-
ci sapientiam quærunt. Nos autem prædi-
camus christum crucifixum: iudæis quidē
scandalum: gentib⁹ autem stulticiam. Ipsi
autem vocatis iudæis atq; græcis christum
dei virtutem & dei sapientiam. Quia quod
stultum est dei: sapientius est hominib⁹. Et
quod infirmū est dei: fortius est hominib⁹.

Feria sexta beati Pauli ad

Corinthios. i. Cap. i.

FRatres. Videte vocationem vestram:
quia non multi sapientes secundum
carnem: non multipotentes: non multi no-
biles: sed quæ stulta sunt mundi elegit deus:
vt confundat sapientes. Et infirma mundi
elegit deus: vt confundat fortia. & ignobi-
lia mundi: & contēptibilia elegit deus: & ea
quæ non sunt: vt ea quæ sunt destrueret:
vt non gloriatur omnis caro in conspectu
eius. Ex ipso autem vos estis in christo iesu:
qui factus est nobis sapientia a deo: & iusti-
cia: & sanctificatio: & redemptio: vt quem
admodum scriptum est: qui gloriatur in do-
mino gloriatur.

dum vocationis. Sapientes. potentes. nobiles: sed illiterati. & pauperes &
rustici. Stulta mundi. id est quos mund⁹ stultos putat. Infirma mundi. i.
quæ mundus putat infirma. Fortia. i. qui putantur fortes. Ea quæ nō sunt.
id est. quæ ab his putantur nullius esse momenti. Ea quæ sunt. i. existimantur
esse magna. Nō omnis caro. id est nullus homo. ex modo loquendi apud he
bręos. Ex ipso. id est ex ips⁹ virtute. Sapientia. scilicet nostra. quod est chri-
stus. Scriptum est Ieremię capite nono. qui gloriatur. &c.

bus ab homine ad inuen-
tis. Vbi scribitur id est les
gisperitus. Inquisitor se-
culi. id est rerum seculari-
rum. Huius mundi. qua-
si dicat: immo fecit. In
dei sapientia. id est cog-
nitione creaturarum quæ
sunt dei speculum. Mun-
dus. id est mundi sapien-
tes. Per stulticiam præ-
dicationis. id est quæ isti
putabant stulticiam. Si-
gna petunt. qualia fuerūt
cum illis tradaretur lex.
Sapientiam. non diuinā:
sed qualem ipsi inuen-
runt. Iudæis scandalum.
id est offensiculum. Stul-
ticiam. opinione ipsorū.
Vocatis. id est electis tū
ex iudæis quæ ex gentilib⁹.
Dei virtutē. scilicet esse
christum.

¶ Feria. vi. sequenti.

Videte vocationē.
Ex prima episto-
la Pauli ad Corin-
thios cap. prime. Et con-
tinuatur principium hu-
ius lectionis cū hęc præ-
cedētis. vbi ostendit quod
modus docendi per sa-
pientiam verborum: nō
conuenit fidei catholicę.

Vocationem. id est mo-

EPISTOLAE

¶ Dominica. ix. post trinitatem.

Non sumus concupiscentes. Ex epistola prima ad Corin. cap. x. & p̄ detlectio ex superiorib⁹; dixerat n̄q̄. Hæc autē in figura facta sunt nostri; & tunc inferit; vt non sumus concupiscentes malorū; sicut illi fuerunt. s. hebr̄i; post tot beneficia a deo accepta. Idolatrię. vt hebr̄i fuerunt circa rationem legis.

Scriptū ē. Exodi. xxxij. Surrexerūt ludere. i. vitu licultu. Fornicari sunt. cum feminis ex Madiā. vt habetur numeri. xv. A serpētibus. vt scribit Numeri. xxi. Sicut quis dam eorum murmurauerunt. vt patet in plurib⁹ scripturę locis. Ab exterminatore. scilicet angelo antea q̄ ingrederent terrā promissiois. In quos fines deuenerūt. i. sumus in vltima mundi etate. Stare. s. in deo. Ne cadat. ex tētatione. Nisi humana. id est quæ non potest oīno ab homine curari. Id quod potestis. subaudi vincere. Prouētū. i. meriti augmentū & fructū ex tētatione.

¶ Feria. iij. sequenti.

Non omnis caro. Ex prima ad Corin. thios epistola capite. xv. In quo Apostolus disputat de resurrectione mortuorum in propriam cuiuscūq; animam & corpus; & p̄det lectio ex fine superioris lectionis. dixit autē; deus dat unicuiq; secundū propriū corp⁹; & tūc inferit. Non omnis caro; eadem caro. q̄ sunt diuersarū specierū; sicut & ipsa animalia. Cœlestia. q̄ conueniūt & corporalitate substantiam. Cœlestium gloria. id est pulchritudo.

Dñica. ix. Pauli ad Corinthios. i. Cap. x.

FRatres. Nō sumus cōcupiscentes malorū; sicut & illi concupierūt. Neq; idolatræ efficiamini sicut quidā ex ipsis quē ad modū scriptū est. Sedit populus māducare & bibere; & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur; sicut quidā ex ipsis fornicati sunt; & ceciderūt vna die viginti millia. Neq; tētemus christū; sicut quidā eorū tentauerūt; & a serpentib⁹ perierunt. Neq; murmuraueritis; sicut quidā eorū murmurauerūt & perierūt ab exterminatore. Hæc autē oīa in figura contingebāt illis. Scripta sunt autē ad correctionē nostrā; in quos fines sæculorū deuenerūt. Itaq; q̄ se existimat stare; videat ne cadat. Tētatio vos nō apprehendat nisi hūana. fidelis autē deus est; q̄ non patiet vos tētari sup̄ id quod potestis. Sed faciet cū tētatione etiā prouētū; vt possitis sustinere.

Feria. iij. beati Pauli ad Corin. i. Cap. xv.

FRatres. Nō omnis caro; eadē caro. sed alia hominū; alia pecorū; alia volucrū; alia pisciū; & corpora cœlestia; & corpora terrestria. Sed alia quidē cœlestium gloria; alia autē terrestrium. Alia claritas solis; alia claritas lune; & alia claritas stellarū. Stella enim a stella differt in claritate; sic & resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptione; surgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate; surgit in gloria. Seminatur in infirmitate; surgit in virtute. Seminatur corp⁹ animale; surgit spirituale. Si est corpus animæ;

Si resurrectio non est omnino simile. quia in resurrectione erit identitas numeratis. in his autē non est huiusmodi identitas. Seminatur. ponit d' esse rēctas inter corpora mortuorum & resurgentiū. Si est corpus animale. i. quia est. Scriptū est. Gen. ii. In animam uiuentem. id est vitam animalem. Spiritum uiuificantem. salios. Sed non prius. sicut patet de Cain & Abel. de Ismaele & Isaac. de Iacob & Esau.

ie: est & spirituale. sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam uiuentem; nouissimus adam. in spiritu uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est. sed quod animale; deinde quod spirituale. In christo iesu domino nostro.

Fra. vi. beati Pauli ad Corin. i. Cap. xv.

FRatres. Sicut in adam omnes moriuntur. ita & in christo omnes uiuificantur. Vnusquisque autē in suo ordine primitię christus. Deinde hi qui sunt christi: qui in aduentum eius crederunt. Deinde finis cum eradicauerit regnū deo & patri; cum euacuauerit omnem principatum; & potestatem; & dominationem; & virtutē. Oportet autē illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autē inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autē dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio pręter eum qui subiecit ei omnia. Cū autē subiecta illi fuerint omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi; qui sibi subiecit omnia: ut sit deus omnia in omnibus. In christo iesu domino nostro.

Dñica. x. beati Pauli ad Corint. i. Cap. xii.

FRatres. Scitis quoniam cum gētes essetis ad simulachra muta; put ducebami ni euntes. Ideo notū uobis facio; q̄ nemo in spiritu dei loq̄ns: dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus: nisi in spū sc̄to. Diuisiones uero gratiarum sunt: idem autē

gratijs: nolo uos ignorare. Gentes est.

id est more gentilitio uiueretis.

Feria sexta sequenti.

Sicut in Adā oēs moriuntur. Ex eadē epistola & capite. & ga paulo ante dixit. quod si xps resurrexit: & mortui resurgent: tūc infert sicut in Adā. &c. In suo ordine. quia prim⁹ fuit christus tēpore & dignitate. reliqui oēs simul tēpore: sed dignitate differēt. Qui sunt christi. id est ipsi mēbra. Deins de. s. post resurrectionē. Regnū deo. i. fideles qui bus p̄sunt in hac uita. Euacuauerit. q̄a remanebunt ordines angelorū: sed indistincti. Oportet regnare. Ex psal. cix. Donec ponat. i. nō solū vsq̄ ad inimicos; subiectio nem; sed ex modo loquēdi sacre scripturę deins ceptis multo magis. Sub pedibus eius. Ex psal. viij. Destruetur mors. q̄a restat uita immortalis.

Qui subiecit ei omnia. q̄a xps qua homo est patri subicitur. Omnia in oib⁹. i. q̄ potestas & dignitas oib⁹ in se a deo.

Dñica. x. post trinita.

Scitis qm̄ cum gētes essetis. Ex ep̄la prim⁹ ad Corin. cap. xij. In q̄ disputat de gr̄a que cōtinetur in sacramētis: dicēs de spiritualibus. i.

EPISTOLAE

Prout ducebamini in greco quo pacto ducebamini seducti. Anathema iesu. blasphemando illius nomen: quod gentiles faciebant. Dominus Iesus. confitendo illum dominum & saluatorem. Idem spiritus. quia in deo conuincte: in fidelibus diuise. Idem dominus. cui omnia ministrant. Ad vtilitatem. scilicet ecclesie: manifestando euangelium. & profequitur alia spiritus sancti dona. scilicet: manerunt sermonem scientie, fide: gratiam sanitatu. Et reliqua.

¶ Feria. iij. sequenti.

Sciamus quonia si terrestris. Ex secunda ad Corinthios epistola capite. v. In quo apostolus commendat ministerium noui testamenti ex premio fidei. Terrestris, domus. id est corpus terrenum moriarum habemus domum. perstat in translatione. Non manu tactam. scilicet corpus gloriositatu. quod est immortalis. Ingemiscimus cupientes. quod alibi dixit. cupio dissolui & esse cum christo. Vestiti. s. corpore hoc mortali. Et non nudati. s. spoliati eo: quia cupimus immortalitatem & nolumus perdere hanc mortalitatem. sed nisi gratiam frumenti cadens. &c. Ingemiscimus de dissolutione corporis & animae. Mortalitas a vita. s. per gloriam superuenientem. In hoc ipsum. id est ut habemus vtrumque appetitu. Pignus spiritus. id est gratia: ut spiritusalem vitam asperamus. Audentes & scientes. id est quia hoc scimus & audemus. Per fidem. parenthesis est. Per speciem: videtes rem sicuti

tem spiritus: & diuisiones manifestationum sunt: idem autem dominus. & diuisiones operationum sunt: idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae: alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatu in vno spiritu. Alij operatio virtutum. alij prophetia. Alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus: diuidens singulis prout vult.

Feria quarta Beati Pauli ad Corinthios. ij. Capite. v.

Fratres. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluetur. quod edificationem ex deo habemus domum non manufactam: sed aeternam in caelis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram: quae de caelo superindui cupimus. Si tamen vestiti & non nudati inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari: sed superuestiri ut absque beatitudine quod mortale est a vita. Quia autem efficit nos in hoc ipsum deus est: qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper & scientes. quoniam dum sumus in hoc corpore: peregrinamur a domino (per fidem enim ambulamus. & non per speciem.) Audemus autem: & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore

est. Audem⁹ in quā peregrinari a corpore. sub. quā a dño. Placere illi. quos modocūq; velimus nolimus. Omnes enim. necessitatem ponit resurrectionis. Timorem domini. i. timendum esse. Manifesti sumus. quia scrutās corda. In conscientijs vestris. id est cuius vos conscientis.

re & presentes esse ad dominū. & ideo contendimus siue absentes siue presentes placere illi. Omnes em̄ nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i; vt referat vnusquisq; propria corporis. put gessit siue bonū siue malū. Scientes ergo timorē dñi; hominib⁹ suademus; deo autē manifesti sumus. Spero autē & in cōscientijs vestris manifestos nos esse. Per Iesum dominum nostrum.

Feria. vi. beati Pauli ad Rom. Cap. viij.

FRatres. Spe enim salui facti sum⁹. Spes autē que videt. nō est spes. Nā quod videt quis; quid sperat? Si autē quod nō videmus speramus; per patientiā expectamus. Similiter autē & fr̄s adiuuat infirmitatē nostrā. Nam quid cōsilius sicut oportet; nescimus; sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scriptatur corda; scit quid desideret spiritus; quia secundū deum postulat pro sanctis.

Dominica. xi. beati Pauli ad Corinthios. i. Capite. xv.

FRatres. Notum vobis facio euangelium quod prædicaui vobis; quod & accipistis; in quo & statis; per quod & saluamini; quarōne prædicaui vobis; si tenetis; nisi frustra credidistis. Tradidi em̄ vobis in primis; quod & accepi; quoniā xp̄s mortuus est pro peccatis nostris scdm̄ scripturas. Et quia sepultus est; & quia resurrexit tertia die secundū scripturas; & quia visus est cephe; & post hoc vndecim. Deinde visus est plusq; quingen-

¶ Feria sexta sequenti.
Spe enim salui facti sumus. Ex epistola ad Romanos cap. viij. vbi apostol⁹ incipit exhortari ad patientiam. tollentiam passionum: ad quam maxime cōfert spes. Ideo; subdit: spe salui facti sumus. Spes que videtur. quia non videmus deū clare; sed sumus in expectatione videntis; sed cum videmus iam nō est spes. Per patientiam. que est coniuncta spei. Spiritus adiuuat. dirigēdo nos ad christū. Sicut oportet. id est vt conueniens est ad salutem. Postulat pro nobis. id est postulat roscit. Quid desideret spiritus. de angelis cuius nostrum attributo quidā intelligunt.

¶ Dominica vndecima post trinitatem.

Notū vobis facio: Ex epistola ad Corinthios. i. cap. xv. In quo agitur de resurrectione mortuorū. & in primis cōmendat euangelij excellentiam. In quo itatis crepti & non iactantes. Quia ratioe. quia nō humana; sed diuina. Frustra. i. sine effectu. Quod accepi. a deo. Secundū scripturas. s. prophetarū de illo. Cephe. i. petro; galylæe dicitur esse cephas. grece petrus & latine Petrus.

EPISTOLAE

de quo visus Luce vii. Vt. decim. Ioā. xx. Quingentis. in galilæa. Mat. vii. Iacobo. de hoc non legitur apud euangelistas. Ap̄tis omnibus: in die ascensionis. Mihi tanq̄ aborruo. i. post ascensionem vocato. de quo actuum. ix. Vocare apostolus. sed quicquid sum: gratia dei sum. quia ex me persecutor tantum. Vacua non fuit. id est sine operibus.

¶ Feria. iij. sequenti.

Nescitis quomodo corpus vestrum. Ex prima ad Corinthios epistola cap. vi. In quo agit de affinitate corporis humani ad corpus christi. & hoc per baptismum & fidem. Membra christi. s. subtrahendo me ab ipso. Meretricis. p. carnis libidine. Meretrici. non legitime uxori. Inquit sc̄ scriptura Genes. s. ij. In carne vna. proprie autē cū uxore: cū meretrice autem quodammodo. Vn̄ spūs est. secundum amorem. Fugite fornicationem. de qua victoria in sola fuga est. Extra corpus est. quia maculat solam animam. In corpus suum. quia anima cōiungitur. Templum spūs sancti. p. fidem & baptismum. Non estis vni iuris. proprii iuris: sicut membrum non est sui iuris, sed totum corpus est magis quā suum.

¶ Feria. vi. sequenti.

Scripsi vobis in epistola. Ex prima apostoli epistola ad Corinthios cap. partim quinto, partim sexto: & quia fortasse in alia quadam epistola scripserat ne committerent fornicationem. & illi putabant quod intelligeret Paulus de fornicatione spirituali, hoc est idolatria, nunc dicit illud intelligendum esse de omnibus criminosis. Fornicationem huius mundi. i. peccato

tis fratribus simul: ex quibus multi mariti usque adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde de visus est Iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium: tanq̄ abortiuo visus est. & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum: qui non sum dignus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id: quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.

Feria quarta beati Pauli ad
Corinthios prima. Cap. vi.

Fratres. Nescitis quoniam corpora vestra membra christi sunt: Tollens ergo membra christi: faciatis membra meretricis? Ablite. Aut nescitis: quoniam qui adheret meretrici: vnum corpus efficitur: Erunt (inquit) duo in carne vna. Qui autem adheret domino: vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum: quod deus fecerit homo: extra corpus est: omne autem fornicatur: in corpus suum peccat. Aut nescitis quoniam membra vestra templum spiritus sancti: qui in vobis est: quem habetis a deo: & non estis vestri: Empti enim estis precio magno. glorificate & portate deum in corpore vestro.

Feria. vi. Beati Pauli ad
Corinthios. i. Cap. v. & vi.

Fratres. Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis. Non vnicuique fornicariis huius mundi: aut avaris: aut rapacibus: aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire. Nunc autem

ribus in rebus mudantis. Rapacibus. s. alieni inuafozibus: Mudo exisse. i. mori. potius quod talia fecisse. Non commiseri. aliquo modo: & numerat cum quibus non. Qui foris sunt. i. infidelibus: qui non sunt in foro ecclesie. Iudicare. debetis. Auferre malum. i. malos homines. Negocium. i. licet. quasi dicat: non bene facietis si illi conuenitis apud iudices iniquos: & non potius apud iustos. Sancti ius

scripsi vobis non commiseri. Si is qui frater inter vos nominatur: est fornicator: auarus: aut idolis seruiens: aut maledicus: aut ebriofus: aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare: Nonne de his qui inter vos sunt iudicatis: Nam eos qui foris sunt: deus iudicabit. Auerte malum ex vobis ipsis. Audet aliquis vestrum habere negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos: & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabit mundus: indigni estis quod de minimis iudicentis: Nescitis quoniam angelos iudicabimus: quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles quod sunt in ecclesia: illos constituite ad iudicandum. Ad veritatem vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est in vobis: quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis: Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus.

Dominica. xij. Beati Pauli
ad Corinthios. ij. Cap. iij.

FRatres. Fiduciam talem habemus per christum ad deum: non quod sufficere nos aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Quia & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera: sed spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem viuificat.

dicabunt. i. erunt venturo iudicio assessores: iuxta illud Matthei. xix. Sed debitis super sedes. xij. ius dicentes. In vobis. i. p. vos in die iudicii. De minimis. i. his paruis mundi rebus. Angelos. qui ceciderunt cum Lucifero. Contemptibiles. i. minoris estimatiōis: quia tales sunt prudentiores in agilibus: sapiētic res ad maiora seruari. Dico. s. hoc quod sequitur. s. quod sunt inter vos iures. Iudicia in vos. non sequentes preceptum euangelicum. In iuriam. quod detur est iniuriam facere quod patitur: ut inquit Plato.

¶ Dominica. xij.
post trinitatem.

Fiduciam talem habemus. Ex epistola secunda ad Corinthios capite tertio. In quo posteaquam ostendit se non egerē hominum commendatione: nunc dicit: omnia deo accepta esse referenda. Cogitare. quod minus est quod dicere. A nobis. scilicet quasi ex nobis. Non littera. sicut hebraeis. Sed spiritu. scilicet in iusulo. quod lex euangelica constat. Ministratio mortis. cuiusmodi erat veteris legis. In lapidibus. id est tabulis lapideis.

EPISTOLAE.

Fuit in gloria. id est gloriosa. Faciē Moſi. quæ erat cornuta: vt legitur Exo di. xxxiij. Euacuatur. ſcilicet per euangelicam legem. Non magis qualiſi dicitur: multo magis erat in gloria. Damnationis: quæ inducebatur per legem Moſi. Miniſterium iuſtitiæ. quod eſt in lege euangelica.

¶ Feria quarta ſequenti.

Non prædicam⁹ nosmetipſos. Ex epiſtola Pauli. ij. ad Corinthios cap. iij. In quo quia ſuperius vocatur euangelium ſuum: & hic vocat euangelium chriſti: puraret aliq̄s eſſe duo euāgelia: ideo dicit. Non prædicamus. ſ. tanquam autores euangelij. Seruos veſtros. ſ. adminiſtrando vobis doctrinā chriſti. Qui dixit. id eſt dicendo fecit. Genesis. i. Illuxit. i. lucem ſpiritualem inſudit. Ad illuminationem ſcientiæ. i. ad manifeſtationem notiçiæ diuini. In faciē iēſu chriſti. meli⁹ in græco in perſona chriſti. Theſaurum iſtū. i. illuminationē dei. In vafiſ ſicilib⁹. i. in hoc corpe mortali. Sublimitate. i. hoc magnū quod facimus. Non anguſtiāmur. id eſt deſatigamur. Aporiamur. i. indigem⁹ quia græce aporia eſt indigetia. Non derelinquimur. ſ. a dō. Deſicimur. ſ. in piculū. Mortificatio. nē iēſu. i. cōpaſſionē. Maniſeſtetur. ſ. in iudicio.

¶ Feria. vi. ſequenti.

Semp nos qui viuimus. Ex eadem epiſtola & capite: & continuat lectio cū ſine ſuperioris epiſt: & eſt eadē epiſt ſententia. Ergo mors. i. xp̄i animando nos ad tolerādos labores.

Quod ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non poſſent intendere filij iſrael in faciē Moſi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria: Nam ſi miniſtratio donationis eſt in gloria: multo magis abūdat miniſterium iuſtitiæ in gloria.

Feria quarta beati Pauli ad Corinthios. ij. Capite. iij.

Fratres. Non prædicamus nosmetipſos: ſed iēſum chriſtum dominū noſtrum: nos autem ſeruos veſtros per iēſum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem ſplendescere: ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei in faciē chriſti iēſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vafiſ ſicilib⁹: vt ſublimitas ſit virtutis dei. & nō ex nobis. In oibus tribulationem patimur: ſed non anguſtiāmur. Aporiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionē patimur: ſed non derelinquimur. Deſicimur: ſed non perimus. Semper mortificationem iēſu chriſti in corpore noſtro circumferentes: & vt vita iēſu in corporib⁹ noſtris maniſeſtetur.

Feria. vi. beati Pauli ad Corin. ij. Cap. iij.

Fratres. Semper nos qui viuimus propter iēſum in mortē tradimur: vt & vita iēſu maniſeſtetur in carne nra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autē in vobis. Habētes autē eūdē ſp̄m fidei: ſicut ſcriptū ē.

Vita, scilicet christi conferendo spem resurrectionis. Habentes. ordo est nos credimus & loquimur habent. s. &c. Scriptum est. psal. cxv. Omnia propter vos. subaudi facimus & patimur. Vt gratia abundans. scilicet a nobis in vos. Per multos. qui ex nostro opere agant deo gratias. Non deficiamus. scilicet in sustinendis laboribus. Qui foris est. id est homo carnalis. Qui

Credidi propter quod loquor sum; & nos credimus; propter quod & loquimur. Sciētes quoniam qui suscitavit Iesum; & nos cum Iesu suscitabit; & constituet nobiscum. Omnia enim propter vos; ut gratia abundans per multas in gratiarum actiones abundet in gloriam dei; Propter quod non deficiamus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur; tamen is qui intus est; renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum; & leue tribulationis nostrae; supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operatur in nobis; non cōtemplantibus nobis quae videntur; sed quae non videntur. Quae videntur temporalia sunt; quae autē non videntur; aeterna sunt.

Dominica. xiiij. Beati Pauli ad Galatas. Capite. iij.

FRATRES, Abrae dictae sunt promissiones & semini eius. Non dicit ex feminibus quasi in multis; sed quasi in vno; & semini tuo; qui est christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo: quae post quadringentos & triginta annos facta est lex; non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si lex haereditas iam non ex promissione. Abrae autem per reprobationem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est; donec veniret semen: cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unus est; deus autem unus est. Lex ex

intus est. id est spiritus. **lis. Ii. presenti. scilicet corpore subiecto corruptioni. Pondus aeternū. id est rem magnā. hoc est gloriam aeternam.**

¶ Dominica. xiiij. post trinitatem.

Abrae dictae sunt promissiones. Ex epistola Pauli ad Galatas cap. iij. In quo declaratur: quod haereditas aeterna non datur per legem Moysi; sed per christi fidem. Semini eius. quae impleta sunt in christo. Ideo dicit semini & non feminibus. Hoc testatur etiam. id est promissiones per modum testamenti. Quae. s. lex. Et est ordo quae lex facta est. &c. Non irritum facit. id est non tollit promissionem Abrae factam. Ex lege haereditas. subaudi datur. Non ex promissione. s. datur ex promissione: ergo non ex lege. Quid igitur lex? subaudi aliquis diceret quid profuit? Propterea transgressionem. id est punitionem delictorum. Semen. id est christus de semine abrae. Cui promiserat. id est in quo erat promissio completa. Per angelos. quia lex non fuit data a deo Moysi. nisi per angelum. ut habetur Actuum. vii. In manu mediatoris. id est in peccatore christi ad mutandum eam pro voluntate

EPISTOLAE

fua. Vnius. sed duorum. scilicet dei & hominum. Vniuicicare. id est vitā eter-
nam dare. Scriptura. id est lex Moſi.

¶ Feria quarta ſequenti.

Mortificati eſtis legi. Ex epiſtola ad Romanos cap. vii. In quo agitur de lege Moſaica ceſſatione per aduentum legis euāgelicæ. Mortificati legi. ſcilicet Moſaica. Sicut aliter. id eſt eiſdem chriſti. Fructificetis. opera non legiſ faciendo. Eſt enim in carne. ante cōuerſionem. Morti. id eſt opera morte digna. Nūc autem ſub lege euāgelicæ. Lex peccatum eſt. id eſt nunquid inferitur ex verbis noſtris: quia fuit peccandi occaſio. Peccatum non cognoui. ſcilicet eſſe malum. Nesciebam. ſubaudi peccatum eſſe. Non concupiſceſ. Exoſ. xx. Occaſione. itaq; nō fuit lex peccatum: ſed occaſio peccandi. Omnem cōcupiſcentiā. id eſt augmētavit in me inuentum peccandi. Nam peccatum. id eſt concupiſcentia. Occaſione accepta. per legē (vt dictū eſt.) Seduxit. trahendo me ad peccato conſentiendum. Occidit me. ſcilicet inducendo ad op⁹. Quod bonum eſt. ſcilicet in ſe. Factum eſt mors. i. mortis cauſa. ſed non idcirco malum: ideo dicit abſit. Peccatum. i. concupiſcentia. Vt appareat peccatum. id eſt malum. Per bonum. id eſt per legē que diſtinguit malum a bono. Operatum eſt mihi in mortē. id eſt induxit me ad peccatū.

S¶ Feria. vi. ſequenti.
Scimus quia lex. Ex
adem epiſtola & caſ

go aduerſus pmiſſa dei. Abſit. Si enim data eſſet lex que poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sed cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato: vt pmiſſio ex fide Ieſu chriſti daretur credentibus.

Feria. iiii. Beati Pauli ad Rom. Cap. vii.

FRatres. Mortificati eſtis legi per corpus chriſti: vt ſicut alteri⁹ q ex mortuis reſurrexit: vt fructificetis deo. Cū em eſſemus in carne: paſſiones peccatorū que per legē erāt operabātur in mēbris nris: vt fructificarent morti. Nunc autē ſoluti ſumus a lege mortis in qua detinebamur: ita vt ſeruiam⁹ in nouitate ſpiritus: & nō in vetuſtate littere. Quid ergo dicitur? Lex peccatū eſt. Abſit. Sed peccatū nō cognoui niſi per legē. Nā cōcupiſcentiā nesciebam: niſi lex diceret. Nō cōcupiſceſ. Occaſione autē accepta: peccatū per mandātū operatū eſt in me oēm cōcupiſcentiā. Sine lege em peccatum mortuū erat. Ego autē viuebam ſine lege aliquando: ſed cū veniſſet mādatū: peccatū reuixit. Ego autē mortuus ſum. Et inuentū eſt mihi mandātū quod erat ad vitā: hoc eſſe ad mortē. Nā per ſim occaſione accepta per mādatū ſeduxit me: & per illud occidit. Itaq; lex quidē ſancta & mādatū ſanctū & iuſtū & bonū. Quid ergo bonū eſt: mihi factū eſt mors. Abſit. Sed peccatū vt appareat peccatū: per bonū operatum eſt mihi mortem.

Feria. vi. beati Pauli ad Rom. Cap. vii.

FRatres. Scimus quia lex ſpiritalis eſt. Ego autem carnalis ſum venundatus

pite ad Romanos. & continuatur lectioni precedentis epistolae. ubi apostolus probat quod dicit per testimonium legis naturalis. Lex spiritalis. id est ordinans ad rationis instinctum. Ego carnalis. id est sequens appetitum irrationalem. Venundatus. s. a primo parente. Quod operor. s. per appetitum non intelligo per rationem: quia ignorat omnis flagitiosus quae operat. Quod

sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo bonum: hoc ago; sed quod odio malum: illud facio. Si autem quod nolo illud facio: consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me: hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum; non inuenio. Non enim quod volo bonum; hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio: iam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum; quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiore hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: & captiuam me in lege peccati: quae est in membris meis. Infelix ergo homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei; per Iesum Christum dominum nostrum.

Dominica. xiiij. Beati Pauli
ad Galatas. Capite. v.

FRatres. Spiritu ambulate: & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Haec enim sibi inuicem aduersantur; ut non quaecumque vultis; illa faciatis. Quod si spiritu ducimini. non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis: quae sunt fornicationes; immundities; impudicitiae; luxuriae; idolorum;

volo. per rationem. Hoc ago. appetitu obstante. Quod odio. s. per rationem. Consentio legi. i. in quantum nolo. repugno autem in quantum tu facio. Non operor. s. quod dicitur ratio. Peccatum. i. peccati concupiscentia. Habitat in homine. i. inclinatio ad bonum. Velle adiacet. i. volitio boni per rationem. Non inuenio. i. impediens appetitu. Inuenio legem mihi. s. volenti facere bonum rationi consenti. Malum. id est inclinatio ad peccatum. Condelector legi. i. consentio pronum. Alia legem. i. inclinationem ad malum. Legem meam. s. naturalem quae inducit ad bonum. Mortis huius. non dicit simpliciter de corpore: sed addit mortis alioqui corporis immortalitas appetibilis est. Gratia dei. liberabit.

¶ Dominica. xiiii. post trinitatem. In spiritu ambulate. Ex epistola pauli ad Galatas. cap. v. quia superior dixit non esse vituendum secundum carnem: sed secundum spiritum: nunc infert. Spiritu ambulate. &c. Caro aduersus spiritum. unde collatur bellum illud plusquam civile. Quaecumque vultis. per rationem. Faciatis. obstante appetitu. Sub lege. i. servitute legali subiecti. Manifesta. quia sunt sensibilia. Praedico vobis. atque veniae dei iudicium: quia tunc non erit poenitentiae locus.

EPISTOLAE.

Fructus autem enumeratis multis peccatorum generibus: enur erat opora spiritus. Aduersus huiusmodi immo hec omnia legi consentiunt. Qui sunt christi, scilicet imitatores Crucifixi: erunt carnem, id est in his concupiscentiis vitia mortua sunt cum carne.

¶ **Feria quarta sequenti.**

Nolite iugum ducere. Ex epistola ad Corinthios secunda. capite. vi. In quo apostolus hortatur Corinthios: vt deuitent in istum consuetudinem, a hōbus iugo subditis. Quae participatio. antitheton est. id est cōtra positum: opponuntur namq; iusticia iniquitati lux tenebris. christus helial. fidelis. infidelis. templum idolis. Templū dei id est in quibus deus inhabitat. Sicut dicit deus. Leuitici. xxvi. Ponam tabernaculum meum in medio vestri: pro quo apostolus dicit: hic inhabitabo in illis. Propter quod: id est quia ita est. Dicit dominus. Ezaie. li. Exite de medio. tria tangit in hac admonitione. Primum quod eorum peccata deseramus. secundum vt peccatorum occasionem susciamus. tertium ne diffidulam⁹ eorum mala: sed potius reprehendamus. Has promissiones. hoc ita ex capite septimo est. hortaturq; Corinthios ad mundationem peccatorum tam spiritualium q̄ corporalium.

**Feria sexta
sequenti.**

seruitus: venefica; inimicitiae; cōtentiones; emulationes; irae; rixae; dissensiones; sectae; inuidiae; homicidia; ebrietates; comestationes; & his similia. Quae praedico vobis sicut praedixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non consequuntur. Fructus autem spiritus est: charitas; gaudium; pax; patientia; longanimitas; bonitas; benignitas; mansuetudo; fides; modestia; continentia; castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

**Feria quarta Beati Pauli ad
Corinthios. ij. Capite. vi.**

FRatres. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iusticiae cum iniquitate? Aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem cōuentio christi; ad helial? Aut quae pars fidelis; cum infidelis? Qui autem consensus templo dei; cū idolis? Vos enim estis templum dei viuus: sicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos: & ero illorum deus: & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum: & separamini dicit dominus. Et immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. E ero vobis in patre: & vos eritis mihi in filios & filias: dixit dominus omnipotens. Has igitur promissiones habentes charissimi; mundem⁹ nos ab omni inquinamento carnis & spiritus: perficite et sanctificationē in timore dei Per iesum christum dominum nostrum.

An nescitis quia iniqui. Ex epistola ad Corinthios. l. cap. vi. & conu-
nuatur epistola superioris: que legebatur feria sexta post dominicā
.xi. post trinitatem. vbi dixit quare non magis fraudem patimur
ni. & tūc inferit. An nescitis quia iniqui. quasi dicat videretur quod nesciatis.
Nolite errare. Duos errores remouet. prior est: quod credebant per fidem

Feria sexta Beati Pauli ad
Corinthios. i. Cap. vi.

FRatres. An nescitis quia iniqui regnū
dei non possidebunt. Nolite errare;
neq; fornicari; neq; idolis seruietes; neq;
adulteri; neq; molles; neq; masculorum co-
cubitores; neq; fures; neq; avari; neq; ebrio-
si; neq; maledici; neq; rapaces regnum dei
possidebunt. Et hæc aliquando quidam fui-
stis: sed abluti estis; sed sanctificati estis; sed iu-
stificati estis in nomine domini nostri Iesu
christi & in spiritu dei nostri. Omnia mihi
licent: sed non omnia expediūt. Omnia mi-
hi licent. Sed ego sub nullius redigat po-
testate. Esca ventris; & venter escis; deus au-
tem & hunc & hanc destruet. Corpus autē
non fornicationi; sed domino: & dominus
corpori. Deus vero & dominum suscitauit;
& nos suscitabit: per virtutem suam.

Dominica. xv. Beati Pauli ad
Galatas. Capite. vi.

FRatres. Si spū viuimus spiritu & am-
bulemus. Non efficiamur inanis glo-
ria: cupidit inuicem prouocantes: inuicē in-
uidentes. Fratres; & si præoccupatus fuerit
homo in aliquo delicto: vos qui spirituales
estis; huiusmodi instruite in spū lenitatis.
Considerāste ipsum ne & in telleris: Alter
alterius onera portate: & sic adimplebitis le-
gē christi. Nam si quis existimat se aliquid
esse (cū nihil sit) ipse se seducit. Opus autē
suum probet vnusquisq; & sic in se metipso

& baptismum etiā sine
operibus peccata delect.
Molles. libidinis molli-
ciem exercentes. Martia-
lis. forsitan & possit vin-
cere molli orho. Fustia
hæc. i. his vitijs detenti.
Omnia licent. id est pos-
sum facere (modo nō sit
cōtra legem.) Non omnia
expediūt. i. sunt vtilia ad
finem consequēdum. vt
licet vxorem ducere: sed
alicui nō est vtile. vt phi-
losopho. Sub nullius po-
testate. vt tūc puta sub
imperio vxoris. exēplū
est a simili de ventre &
esca: quia licet comedere:
sed nō expedit aliquādo.
Destruet. post corporū
resurrectionem: quando
erit venter: sed non erit
illius vsus. Corpus doz
mino. s. ordinat dñs cors
pori. quia suscitabit ab
illo. Dñm suscitauit. i.
christum: atq; ex conse-
quēti nos q̄q; suscitabit.

¶ Dñica. xv. post trīn.
¶ Si spiritu viuim⁹. Ex
Septa Pauli ad Galat.
Cap. vi. Nisi q̄ p̄mit-
titur claufula ex fine cas-
pitis superioris. q̄ etiam
pendebat ex epistola q̄ le-
gebatur in dñica p̄ceden-
ti vnde inferebatur q̄d
hic legimus. Si spū. &c.
Inuicē puocates. Cadit
nam & cōtentiones. P̄g
occupat⁹. ab aliqua pass-
sione carnali. Q. ut spū
tuales estis. i. liberi a tali

passione. Considerans ex plurali facit transitum ad singularem. Sed potius ita distinguitur ut haec verba iungenda sint inferioribus. Alter alterius. pro inuicē. Se esse aliquid. id est per se sufficientē sine alterius adiutorio. Se seducit. id est decipitur falsa de se opinione. In se metipso. id est non pendebit ex alterius iudicio, sed conscientia sua tēte viuet. Onus suum. i. ponā sui peccati. est quale illud Verū giliū q̄sq̄ suos patimur manes. Qui cathecizatur. id est instruitur ad fidē. In bonis. & nō imitemur illum in malis. Er rōre. s. circa hoc. Non irridetur. id est non decipit. Quē seminauerit. i. secundū opera sua mercedē recipiet. Cetera patēt.

Feria quarta sequenti.

Quicumq̄ sūt sub iugo. Ex epistola. i. ad Timotheum. capite. vi. In quo apostolus inducit Timotheum ad ea faciēda quae ad pōtificem pertinent. Omnia minos suos: etiam infideles. ut Pat. nus episcopus Nolentis, qui seruunt inuideli domino pro filio cuiusdā viduē. Blasphemetur. a domino infidelis. Fratres sunt. in christo sub eadem fide. Beneficij. i. baptisani eiusdem. Si quis aliter. s. quā a me dictū. Scđ impietate. i. religione christiana. Superb9. subaudite talia. i. inobediētis. Nihil scies. i. ignarus. Et lāguēs. i. stupid9 & insensat9. Cōflictiōes. controuersie. A. eritate priuati. s. viē iusticię & doctriņe. Pietatē. i. religiois p̄dicatiōē faciendam esse p̄p̄t lucrū. Quē sit9 magn9. i. satis magnē lucrū p̄dicatori. Pietas. i. pietatis exercitatio cum sufficientiā res; necessarias;

tantum gloriam habebit: & non in altero. Vnusquisq̄ enim onus suum portabit. Cōmuniceat autē is qui cathecizatur verbo ei qui se cathecizat in omnibus bonis. Nolite errare; deus nō irridetur. Quae enim seminauerit homo: haec & metet. Quoniā qui seminat in carne sua; de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu; de spiritu & metet vitam aeternam. Bonū autē facientes nō deficiamus: tempore etiam suo metemus; nō deficientes. Ergo dum tēpus habem9; operemur bonū omēs; maxime autem ad domesticos fidei.

Feria quarta beati Pauli ad Timotheum. Capite vi.

Charissime. Quicumq̄ sunt sub iugo serui: dominos suos omni honore dignos arbitrentur; ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autē fideles habent dominos: nō cōtemnant: quia fratres sunt; sed magis seruiant: quia fideles sunt & dilecti; qui beneficij particeps sunt; haec docet & exhortare. Si quis aliter docet & nō acquiescit sanis sermonib9 dñi nostri Iesu christi; & ei qui secundum pietatem est doctrinae superbus: nihil sciens: sed languēs circa quēstiones & pugnas verborum: ex quib9 oriuntur inuidia; cōtētiōes; blasphemiae; suspitiones; malae cōflictiōes hominū mente corruptorū & qui a veritate priuati sunt. existimātū quēstū esse pietatē. Est autem quāstus magnus pietas cū sufficientia.

Huius rei, scilicet ne deficiatis. Omnis patientia, quia est prima: qua pater per naturam genuit filium. Virtutem, scilicet patientie. Corroborari: id est ut corroboremini. Christum habitare, id est ut christus habitet. In charitate, quae est propria christianorum virtus. Comprehendere, id est cognoscere. Longitudo: altitudo: sublimitas: & profundum, omnes dimensio- nes numerat per quas in- teligit deum omnia con- tinentem: qui tamen non comprehenditur. Scire etiam, id est vos sciatis. Supereminentem, id est qui vincit cognitionem. Hoc negaret Thomas quod charitas dei vincit scientiam. Plenitudinem, id est do- nis quae datur cum chari- tate. Et autem, repetit ab inferioribus sit gloria. Superabundanter, id est abundantius.

Feria quarta sequenti.

Videte ne quis vos decipiat. Ex epistola ad Colossenses. Incipite. In quo apostolus huius hortatur illos ne decipiatur a pseudo apostolis. Per philosophiam, quia ratione pugnant fidem in anem fallaciam. Philosophia argum. nra ab. homi- nibus inuenta ex princi- pijs naturalibus & non ex fide. Corporaliter quia verbum assumpsit natu- ram humanam, hoc est corpus & animam. In illo, id est per illum. Repleti: scilicet gratia. In expo- sitione carnis, id est pre- pum ablatione. In circun- cisione christi, id est bap- tismum: quod successit circuncisioni. Surrexi- stis ad vitam gratie. Ope- rationis dei, id est quam deus operatur. Et vos cum mortui, ordo est: &

flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu christi, ex quo omnis paternitas in caeli & in terra nominatur: ut det vobis secundum diuinas gloriae suae: virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: habitare christum per gratiam in cordibus vestris. In charitate radicati: & funda- ti: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis: quae sit latitudo: longitudo: sublimitas: & profundum. Scire etiam supereminentem scientiam charitatem christi: ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus: secundum virtutem quae operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia: & in christo Iesu in omnes generationes saeculorum saeculorum. Amen.

Feria quarta beati Pauli ad Colossenses, Cap. ij.

Fratres. Videte ne quis decipiat per philosophiam: & inanem fallaciam secundum traditionem hominum: secundum elementa mundi: & non secundum christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporali: & estis in illo repleti: qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circumcisi estis, circumcisio- ne non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circumcisioe Iesu christi: consepul- ti in baptismo: in quo & surrexistis per fidem operationis dei: qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui effectis in delictis: & praepotio carnis vestrae: conuiu. sicauit cum

eō iustificauit vos cū illo. Ia peccatis vos erexit: & resurgēs quē ad modum
& ille resurrexit: quia resurrectio christi fuit nostrę resurrectiōnis causa.
¶ Feria sexta sequenti.

Quidq; iniuriā facit. Ex ep̄la ad Colossenses partim. iij. partim. iijj.
capitibus. nā in fine capituli tertij verba sunt. qui inturiā facit. & c.
illo donans vobis omnia delicta. Per iesum
christum dominum nostrum.

Feria. vi. beati Pauli ad Colos-
senses. Capite. iij. & iijj.

Fratres. Quicumq; iniuriā facit; reci-
piet id quod inique gessit: & nō est per-
sonarum acceptio apud deum. Domini qđ
iustum est & æquum seruis præstare: cien-
tes quoniam & vos dominū habetis in cor-
lo. Orationi instate vigilantes in ea in gra-
tiarum actione; orantes simul & pro nobis:
vt deus aperiat nobis ostiū sermonis ad lo-
quēdum mysterium christi. Propter quod
etiam vincus sum; vt manifestem illud: ita
vt oportet me loqui. In sapientia ambulate
ad eos qui foris sunt: tempus redimētes.
Sermo vester semper in gratia sale sit con-
ditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vni-
cuq; respondere.

Dominica. xvij. Beati Pauli ad
Ephesios. Capite. iijj.

Fratres. Obsecro vos ego vnictus in
domino; vt digne ambuletis vocatiōe
qua vocati estis: cū omni humilitate & mā-
suetudine: cum patientia supportātes inui-
cem in charitate. Solliciti seruare vnitatē spi-
ritus in vinculo pacis. Vnū corpus & vnus
spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiō-
nis vestrę. Vnus dominus: vna fides: vnū
baptisma: vnus deus: & pater omnium qui
sup omnes: & per omnia: & in omnibus no-
bis: qui est benedictus in sæcula sæculorū.

nā quia supra dixerat:
quomodo se inuicē debe-
rent habere diuersa ho-
minum conditiones: tūc
infert q; quisq; sui ope-
ris mercedē accipiet. Do-
mini qđ iustus est. inicitū
est quarti capituli: & ga-
dixit in capite superiori
de seruis in dños: nūc de
dominis in seruos. In cel-
lo. cui daturi estis rōnē.
orationi. hoc ad oratio-
nes pertinet. Ostium ser-
monis. i. libertatem ad
predicādum euangeliū.
Vinctus sum. i. in carce-
re ne p̄dicem verbū dei.
quod factū est ephesi vn-
de scribit. Vt manifestē
illud. iūge ei quod dixit.
aperiat nobis ostiū. Qui
foris. i. extra ecclesiam.
Tēpus redimētes. id est
oportunitatē hoc facien-
di captantes. Sale condi-
tus. i. gratus audientibꝫ.
non molestus: & est con-
ditus penultima longa a
cōditio. is. Vt sciatis. quia
cuiusq; personę inspicie-
di est cognitio.

¶ Dominica. xvij. post trini.
Obsecro vos ego v-
ctus in dño. Ex ep̄la
Pauli ad Ephesios
cap. iij. In quo Ephesios
ap̄s instituit in moribꝫ
christianis. Vinctus. nam
quo tēpore hanc scripsit
epistolā in vinculis erat.
In dño. i. propter dñi ob-
sequiū. Vocati estis. quia
vocati estis. i. pie & iuste

EPISTOLA

vt fideles decet. Supportantes inuicem. id est mouituos defectus tollerantes. Vnitatem spiritus. id est ecclesie quam facit spiritus sanctus. Vnū corpus. scilicet mysticū sub. sitis. Vocationis vestre ad fidē christi. In vna spe. s. vt te æternę. Vnus dominus. sub. est cui omnes seruitis. Vnus deus & pater. s. per creationē. Sup oēs. p. excellētiā. Et p. oia. p. gubernationē. Cetera patēs.

¶ Fra. iij. q. tuor tēpos.

Ecce dies veniunt. Ex Amos propheta cap. ix. In quo ad litteram ponitur tēpli reedificatio: per quam intelligimus euangelij prædicationē. Dicit igitur ecce dies veniunt. i. euangelij diuulgatio. Arator messorē. & calcator vuz mittentē semē. per quod significatur acceleratio publicationis euangelij quæ ppagabitur in dies: Dulcedinē. s. euangelicę doctrinæ. & per montes intelligit apostolos. per colles doctores. Captiuitatem liberādo eos a potestate diaboli. Ciuitates desertas. cultu diuino destitutas. & ita expone q̄ sequunt de xpi cultu.

¶ Alia lectio.

Congregatus est ois populus. Ex Neemia capite. viij. In quo posteaq̄ in superioribus posuit ciuitatis ierusalem instaurationem: hic describit populi congregationem: vt peccaretur dominum ne propter peccata populi iterum euerteretur. Quasi vir vnus. i. vnanimiter. Porta aquarū. quæ alio nomine vocat̄ porta fontis. Librū legis de quo Esdras. viij. Mensis septimi. in quo erat festum tubarum. vt habetur Leuitici. xxij. Et legit̄. obscuriora de

Feria. iij. quattuor tēporum. Lectio

Amos prophetæ. Capite. ix.

Hæc dicit dominus. Ecce dies veniunt: & comprehendet arator messorē: & calcator vuz mittentem semē. & stillabūt montes dulcedinē: & oēs colles culti erunt. Et conuertēt captiuitatē populi mei israel: & ædificabūt ciuitates desertas; & habitabunt in eis. Et plantabūt vineas: & bibēt vinum earum: & facient hortos: & comedent fructus eorum. Et plātabo eos super humū suā: & non euellā eos vltra de terra sua: quā dedi eis. Dicit dominus omnipotens.

Lectio libri Neemiæ. Cap. viij.

In diebus illis. Cōgregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam quæ est ante portam aquarum. Et dixerunt Esdras scribæ: vt afferret librum legis Moysi quem præcepit dominus israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos librum coram multitudine virorū ac mulierum: cunctisq̄ qui poterant intelligere in die prima mensis septimi. Et legit in eo in platea quæ erat ante portam aquarum: a mane vsq̄ ad mediū diem: in conspectu virorum & mulierum & sapientū. Et aures omnis populi erāt erectę ad librū. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneam quem fecerat ad loquēdum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo: & benedixit Esdras domino deo magno. Et respondit omnis populus. Amen amē. Eleuantes autem manus suas incuruati sunt:

clarando. Erecte, vt attentius audirent. Gradum ligneum, quasi cathedram
sive sedem: sed hic non sedebat: sed stabat pedibus insistens: & interponun-
tur hic quidam assessores: quos pretermittit: quia non facit ad rem. In gra-
du suo, id est in cuneis inferioribus q̄ Esdras. Nolite lugere, lugēbat & fle-
bant cum audirent verba legis. Bibite mullum, id est vinum melle cōditū.

& adorauerunt deum proni in terra. Porro
leuitæ silentium faciebant in populo ad au-
diendam legem: populus autē stabat in gra-
du suo: & iegerūt in libro legis dei distincte;
& aperte ad intelligēdū. Dixit autem Nec
mias sacerdos & Esdras scriba: & leuite in-
terpretantes vniuerso populo: Dies san-
ctificat⁹ est domino deo nostro: nolite luge-
re: & nolite flere. Flebat em̄ ois ppl⁹ cū au-
diret verba legis. Et dicit eis, Ite & comedi-
te pinguia & bibite mullum: & mittite par-
tes eis qui non preparauerunt sibi, quia san-
ctus dies dñi est: & nolite cōtristari. Gaudii
etenim domini est fortitudo nostra.

Feria, vi. Lectio Osee pphete. Cap. xiiij.

HAec dicit dominus deus, Conuertere
israel ad dominum deum tuum: quon-
iam corruisti in iniquitate tua. Tollite vo-
biscum verba: & conuertimini ad dominū;
& dicit ei, Omnem aufer iniquitatē: & ac-
cipe bonum: & reddemus vitulos labiorū
nostrorum. Assur non saluabit nos. Super
equos non ascendemus: nec dicemus vl-
tra dii nostri opera manū nostrarū: galet⁹
qui in te est misereberis pupilli. Sanabo cō-
tritiones eorum: diligam eos spontaneē:
quia aduersus est furor me⁹ ab eis. Ero qua-
si ros: israel germinabit quasi lilium: & erū-
per radix eius vt libani. Libunt rami eius: &
erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt li-
bani. Conuertentur sedentes in vmbra ei⁹:
viuent tritico: & germinabunt quasi vinea.

Feria, vi. sequenti.
CONuertere israel ad
dñm. Ex Osee pro-
pheta cap. xiiij.
In quo p̄missa decem tri-
butū punitione: subdit di-
uine misericordie p̄mul-
gationē. Q̄ m̄ corruisti,
id est a statu gratie cecidi-
sti. Verba, i. duplicia in
peccatarum confessione.
Accipe bonum, i. sacristi-
cium de bonis & faculta-
ribus nostris. Vitulus la-
biorum, i. sacrificia lau-
dis ex ore nostro. Assur,
id est rex assyriorū: qua-
si dicat: non cōfugimus
mus alio periculo salutē.
Super equū, quasi dicat:
non aliunde petemus aus-
xilium q̄ a te. Pupilli, i.
etus qui nō habet patrē:
cuius modi erat israel an-
te christi aduērum. Sana-
bo: hoc dicit propheta
in persona christi. Sponta-
neē, id est antequā ip̄si
diligant me. Quasi ros,
vnde Esaię. lv. Rorate cor-
li desuper & nubes pluāt
iustum. Radix eius, id est
ecclesie que est christus.
Vt libani, sive thuris sive
ue montis phoenices: nā
vtrūq̄ significat. In vmbra
eius, scilicet christi.
Viuent tritico, id est eu-
charistie sacramento.

EPISTOLAE

Quasi vinea, vnde saluator. Ioan. xv. Ego sum vitis. Vinum libani, quod generosum est prope montem illum. Exaudiam orationes eius. Dirigam, in viam salutis. Ego vt abietem, subaudi faciam eum. Fructus tuus. Ex terra ad secundam personam facit transitum. Quis sapiens, paucitatem credentium admiratur propheta. Quia recte, & vide raritatem credentium.

Loquutus est dominus ad Moſen. Ex leuitico capite. xxiiij. vbi agit de feſto expiationis: quo tempore deſcendit Moſes de monte portans ſecondas tabulas. Affligetis animas. ſcilicet ieiunjs & vigilijs. Offeretis holocauſtu. de quo in libro numeroru cap. xxix. Die nono menſis ſeptimi. hoc eſt pridie eiꝝ dicitur: que eſt expiationis, & hoc quia feſta hebreorum frequenter incipiebant a vespere diei precedentis. Cætera vſq; ad finē epiſtole per ſe manifeſta ſunt.

¶ Alia lectio.

Quintodecimo die menſis. Ex leuitico. capite. xxiiij. vbi agit de feſto tabernaculorum: quod referebat tempꝰ illud quo filij iſrael vagabantur in deſerto: in deſertis habitantes. Celebrabitis feſtias. id eſt dies feſtos religioſe obſeruandos. Fructus arboris pulcherrimæ. non conſtat quæ ſit arbor hæc. ſunt qui dicunt eſſe citrum: ſed neq; adhuc quæ ſit citrus inter viros doctos conſtat ſatis cum in eo genere ſint complures ſpecies. Spathulas palmaru. hæc græci vocant ſpadices. & ſunt

Memoriale eiꝰ ſicut vinum libani. Effraim quid mihi vitra idola: Ego exaudiam & dirigam eum: ego vt abietem virentem ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis sapiens & intelliget iſta: inſipientis & ſciet hæc: Quia rectæ viæ dñi: & iuſti ambulabunt in eis. Preuaricatores vero corruent in eis.

Sabbato. Lectio libri I leuitici. Cap. xxiiij.

In diebus illis. Loquutus eſt dominus ad Moſen: dicens. Decimo die menſis huius ſeptimi: dies expiationum erit celeberrimꝰ: & vocabitur ſanctus. affligetisq; animas veſtras in eo: & offeretis holocauſtu domino: Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiatiōis eſt: vt propitietur vobis dominus deus noſter. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac: peribit de populis ſuis: & quæ operis quidpiam fecerit: delebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibꝰ & habitaculis veſtris. Sabbatum requietionis eſt: affligetisq; animas vſas. Die nono menſis a vespere vſq; ad vespeream celebrabitis ſabbata veſtra. Dicit dñs omnipotēs.

Lectio libri Leuitici. Cap. xxiiij.

In diebus illis. Loquutus eſt dominus ad Moſen: dicens. Quintodecimo die menſis ſeptimi: quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ celebrabitis feſtas domini ſeptem diebus. Die primo & die octauo erit ſabbatu. id eſt requies: ſumetisq; vos

filii quæ ille in quibus nascuntur palmulae sine dactylis. Ligni densarum frondium. nec arbor hæc quæ sit: manifestum est: nisi ad quæcumque referatur quæ modo sit frondosa: vmbra culis. id est: scgnis. vnde & scgnopogia dicitur. id est: tabernaculorum fixationes.

bis die primo fructus arboris pulcherrima: spatulataque palmarum: & ramos ligni densa frondium: & salices de torrente: & lætabimini coram domino deo vestro. Celebrabiturque solemnitas eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitur: & habitabitur in vmbra culis septem diebus. Omnis qui de genere est israel manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestrique in tabernaculis habitare fecerimus: vt lios israel: cum educerem eos de terra ægypti: ego dominus deus vester.

Lectio Micheæ propheta: Cap. vij.

Domine deus noster. Pasce populum tuum in virga tua: gregem hereditatis tuæ habitantes solos in saltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes & confundentur super omnifortitudine sua. Quoniam quis deus similis tui qui auferis iniquitatem: & transferis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? Non immitet vltima furorem suum: quoniam volens misericordiam est. & reuertetur & miserabitur nostri. Deponet iniquitates nostras: & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem iacob: misericordiam abraam: quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis: Domine deus noster.

Lectio Zacharie propheta: Cap. viij.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad me: dicens. Hæc dicit dominus exercituum. Sicut cogitavi: vt affligerem vos cum ad iracundiam me prouocassent patres vestri: & non

¶ Alia lectio.

Domine deus noster. Ex Michea propheta cap. vij. Vbi denunciat populo consolationem post reditum captiuitatis ex babilonia. In virga. sicut pastores virga siue baculo vtuntur. Solos in saltu. id est in solitudine saltuosa. Iuxta dies antiquos. id est: sicut fecisti in exitu israel de egypto. Videbunt gentes. id est: finitimi perturbabuntur de nostra prole peritate. Surde erunt. id est: audire nolent. Similis tuus. quasi dicat: nemo. Auferis iniquitatem per penam medicinam. Non immittet. ex secunda persona transit ad tertiam. Proiciet in profundum. id est: faciet eas non apparere ad punitionem. Dabis veritatem. iterum reuertitur ad secundam personam. Veritatem iacob. id est: promissiones factas patribus nostris.

¶ Alia lectio.

Factum est verbum domini. Ex Zacharia propheta. in quo agitur de promissione reedificationis ierusalem. & quod deus miserabitur israel. Sicut cogitauit. quia tunc erat illis iratus: nunc vero placatur. & respicit ad tempus messie: potius quam ad ierusalem restitutionem.

Verba, idest opera ex verbis meis. Iudicat, sine personarum acceptione. In portis vestris, quia in portis ciuitatum reddebatur ius. Vnusquisq; ne cogiteris, sollicitus est in sermone latino. Ieiunium quarti, scilicet mensis in quo capta fuit Ierusalem. Ieiunium quinti, in quo templum & ciuitas combusta sunt. Ieiunium septimi, in die exiationis. Ieiunium decimum quod rumor captiuitatis iudgorum peruenit ad eos qui erant in babilone, erit in gaudium, idest conuerteret in prosperitate.

Alia lectio.

Angel⁹ domini descendit cum Azaria. Ex Daniele capite. iij. sed tam exposita est supra in sabbaro post dominicam in quadragesima: & meminit iterum in vigilia trinitatis:

¶ Ex epistola pauli.

Alia lectio.

Tabernaculum factum est. Ex epistola ad hebreos capite. ix. In quo tabernaculum & sacerdotium veteris legis comparat christo: in cuius figura fiebat illa. Tabernaculum primum erat illa pars vnde ingrediebantur in templum. Candelabrum, imo vnum erat candelabrum habes septem lucernas ex oleo ardentibus. Et mensa & propositio, idest semper panes in mensa propositi.

Dicitur sancta, quoniam interior dicebatur sancta sanctorum. Post velamentum, idest cortinam intermediam. Aureum thuribulum, &c. Exodi. xv. habes munera. Exodi. xvi. Virgam Aaron. Numeri. xvij. Super quod supra predicta. Cherubin gloriose. s. dei cui angeli seruiunt. Obstantia, scilicet

sum misertus: sic conuersus cogitavi in diebus istis: vt benefaciam Ierusalem & domui Iuda. Nolite timere. Haec ergo sum verba quae facietis. Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisq; malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim haec sunt quod dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Haec dicit dominus exercituum, ieiunium quarti: & ieiunium quintum: & ieiunium septimi: & ieiunium decimum erit domui Iuda in gaudium & latitiam: & in solennitates praeclaras. Veritatem timetis & pacem diligite. Haec dicit dominus exercituum.

Lectio Danielis prophetae. Cap. iij.

In diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit mediu fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta noue: & incidit quos reperit iuxta fornacem de caldaeis ministros regis qui eam incendebant. Et non tetigit eam omnino ignis: nec contristauit: nec quicquam molestiae intulit. &c. vt supra in vigilia natalis domini.

Ex epistola beati Pauli ad Hebraeos. Cap. ix.

Fratres. Tabernaculum factum est primum in quo erant candelabra: & mensa: & propositio panum: quae dicitur sancta. Post velamentum autem: secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum: aureum habens thur-

bulū; & arcā testamenti circumtectam; ex omni parte auro; in qua erat vīna aurea habens māna; & virga Aarō; quę fronderat; & tabule testamenti. Super quę erant che rubin glorię obumbrantia propiciatoriū; de quibus nō est modo dicendū per singula. His vero ita cōpositis; in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorū officia consummātes. In secundo vero semel in anno solus pontifex; nō sine sanguine; quę offerret p̄ s̄ra; & populi ignorantia. Hoc significante sp̄. itū sancto nondum propalata esse sanctorum viā; adhuc priori tabernaculo habente stasū. Quę parabola est tēporis instantis. Iuxta quā munera & hostiæ offeruntur; quę nō possunt iuxta consciētiam perfectam facere seruitutem solūmodo in cibis; & in potib⁹; & in varijs baptisimatibus; & iusticijs carnis; vsq; ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistēs pōtifex futurorum honorum per amplius; & perfectus tabernaculū non manufactū; id est non huius creationis; neq; per sanguinem hircorum aut vitulorū; sed per propriū sanguinē introiuit semel in sancta; æterna redemptione inuenta.

Dominica. xviii. Beati Pauli ad
Corinthios. i. Capite. i.

FRat̄s. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quę data est vobis; in christo Iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni v̄bo & in omni sciētia. Sicut testimoniū xp̄i cōfirmatū ē in vobis; ita vt nihil desit vobis i v̄la gr̄a expectatibus reuelationē dñi nostri Iesu christi.

alijs suis. In priori tabernaculo. quę pars dicebat sancta. Sēper introibant id est quotidie cōsummātes. s. per incendiū. In secundo. id est intra sancta sanctorum. Non sine sanguine. scilicet in anno semel. alias autē sine sanguine intrabat. Significantē sp̄. itū sancto. s. quę via perueniendi ad cœlestiam v̄dum erat patefacta. Priori tabernaculo. id est veteri legi manente. Quę parabola. i. figura. Tēporis instantis. i. presentis hoc est nouę legis. Iuxta quam. s. parabola. Perfectum. facere. s. a peccatis mundando. Seruitutem in cibis & potibus. in lege iussis; & baptisimatibus. id est oblationib⁹ a lepra. Christus autē. hęc clausula iam fuit enunciatā dōminica in passione.

¶ Dominica. xviii.
post trinitatem.

GRatias ago Deo meo semper. Ex ep̄st̄a. i. ad corin. cap. i. In quo posita salutatio; agredit̄ ep̄st̄a materiā. dicitq; in primis se agere gr̄as. &c. In gr̄as dei. i. ppter gratiā. Diuites facti. i. abundātes. In illo. i. p̄ illū. In omni v̄bo; & sciētia. quia baptizati accēpto sp̄. itū sancto hęc accēpiebāt. Testimoniū cōfirmatū. i. firmē iudicātū. alioqui nō esset recta sciētia s̄ xp̄i testimoniō discorderet. Expectantē b⁹. s. in diem iudicij. Sine crimine. i. p̄ctō mortali.

¶ Feria. iiii. sequenti.

EPISTOLAE

Nescitis quia templum dei estis. Ex prima ad Corinthios epistola capite. iij. Nam posteaq̄ dixit quod decipies fideles per falsam doctrinam nam in maius crimen incurrit quā si templum materiale incendere: tunc infert. Templum dei. idest in quo deus spiritaliter habitat. Templum violauerit. corrumpendo & violando per falsam doctrinam. Disperdet illum. in aeternum. Se seducat. arrogando sibi sapientiam. Sapiens in hoc saeculo. idest sapientia huius mundi ad inuēta. Vt sit sapiens. scilicet sapientia diuina. Scriptū est. Iob capite. v. In astutia. idest in sophismatibus argute ex cogitaris. E iterum psal. xcij. Nemo gloriatur. conclusio est principaliter intenta. Sed in omnibus Iesus christus: hoc a concinnatore officij adiectum est.

Feria sexta sequenti.
Non enim in sermone. Ex. i. ad Corinthios. epistola capite. iij. & v. Nam in fine prioris capituli apostolus pollicitus est se venturum ad illos ad dignoscedum inter illos: qui nitebantur inflari sermone & non in veritate doctrinae. deinde subiungit. Nō enim in sermone. idest in verbis inanibus: sed in veritate. In virga. idest vt castigem vos acriter in crepando. An in charitate. idest elucemiter admonēdo: & de quo sit increpaturus ostendit. Inter gentes. idest gentiles qui videntur sola naturae lege. Inflari estis. idest superbi & indignantes huiusmodi scelera castigare. Cōgregatis vobis. idest simul vobiscum.

Qui & cōfirmabit vos vsq̄ in finē sine crimine. In die aduentus dñi nri Iesu christi.

Feria. iij. beati Pauli Corin. i. Cap. iij.

Fratres. Nescitis quia tēplum dei estis: & spiritus dei habitat in vobis: Si quis autem templum dei violauerit: disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est: quod estis vos: Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo: stultus fiat: vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi: stultitia est apud deum. Scriptū est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum. Dñs nouit cogitationes sapientium: quoniam vanae sunt. Itaque nemo gloriatur in hominibus: sed in omnibus Iesus christus.

Feria sexta Beati Pauli ad Corinthios. Capite. iij. & v.

Fratres. Non enim in sermone est regnum dei: sed in virtute. Quid vultis: In virga veniam ad vos: an in charitate & spiritu mansuetudinis: Omnino auditur fornicatio inter vos: & talis fornicatio: qualis nec inter gētes: ita vt vxorem patris sui alius quis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis: vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore: praesens autem spiritu iam iudicauit: vt praesens eū: qui sic operatus est: in nomine dñi nostri Iesu christi: congregatis vobis: & meo spiritu cum virtute domini Iesu: tradere huiusmodi hominem

Tradere sathana, idest extra fidelium communionem efferere. In interitum carnis. idest vt faciat penitentiam in carne, sicut in carne peccauit. In die domini. idest in die mortis.

¶ Dominica. xx. post trinitatem.

Renouamini spiritu. Ex epistola ad Ephesios cap. iij. In qua dicitur rat deponendam esse veterem conuersationem: & veterem hominem:

sathanae in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu christi.

Dominica. xix. beati Pauli ad Ephesios. Capite. iij.

Fratres. Renouamini spiritu mentis vestrae: & induite nouum hominem: qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium: loquimini veritate vnusquisque cum proximo suo: quonia sumus in vna membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestra. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis: quod bonum est: vt habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Feria. iij. Pauli ad Thessalonicenses. ij. Capite. ij. & iij.

Fratres. State & tenete traditiones quod didicistis: siue per sermonem; siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus christus & deus & pater noster qui dilexit nos: & dedit consolationem aeternam & spem bonam in gratia: ex horte corda vestra: & confirmet in omni opere & in omni bono. De cetero fratres orate pro nobis: vt sermo dei curet & clarificetur: sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides: fidelis autem deus est qui confirmabit vos: & custodiat a malo. Confirmamus autem fratres: & vobis in domino: quoniam quaecumque precipimus

hoc est veteris hominis peccata. nunc dicit renouandos esse: & induendum nouum hominem. idest christum per imitationem.

Secundum deum quantitas humana naturam. In veritate. quia non fuit in illo dolo. Mendacium: quod veritati opponitur. Inuicem membra. ex quo aliter alterum defraudare non debet. Irascimini. ex ps. iij.

Nolite peccare. igitur irapotest esse citra peccatum: modo sic a ratione modificata. Sol non occidat. quia vt Oratius ait. Irrafuroz breuis est: quae sedurat veritatem irasit.

Qui furabatur: ante conuersionem. Magis laboret. unde habeat necessaria. non modo sibi sed etiam unde alijs largiri possit.

¶ Feria. iij. sequenti.

State & tenete traditiones. Ex epistola ad Thessalonicenses: capite secundo & tertio. constat enim ex fine prioris & principio sequentis capitis. Itaque inducit illos ad perseverandum in bonis operibus. State. idest perseuerate. Traditiones. precepta. Per sermonem. in presentia. Per epistolam. in absentia. Ipse autem deus. bene precatur illis. Orate pro nobis. & quae debeant orare pro eo subdit. Vt sermo dei. idest euangelium quod

EPISTOLAE.

prædicamus. Currat & clarificatur. s. per omnes gentes. quæadmodum & apud vos currebat; & clarificatus est. Liberemur ab importunis. s. pseudo apostolicis: & perturbantibus verbum dei. Non omnium. quia nondum adhuc omnes gentes per me crediderunt. Fidelis deus. in suis promissis adimplendis. Custodiet a malo. s. a persecutione ob acceptam fidem. De vobis. i. de vestra obedientia nobis exhibita. Dominus autem dirigat. ad implendum sua mandata. In charitate dei. scilicet erga proximos. Et in patientia christi. erga persecutores vestros.

Feria. vi. sequenti.

Omnis anima potestatis. Ex epistola ad Romanos capite. xiiij. In qua apostolus eos instituit: & primo quomodo se debeant habere minores erga maiores. Potestatibus. id est placis: quoniam præiatio illa est a deo: Boni operis. sed mali: quia sicut pro illo rum officia repræsentantur mali: ita etiam promouentur boni. Potestas. i. iusticie præsidium. Time. s. iudicium illud. Gladium portat. quod puniat criminosos. In terra. i. punitione & vindicta: ex eo quod malum agit.

Dominica. xx. post trinitatem.

Videte quoniam caute ambuletis. Ex epistola ad Ephesios. capite. v. In quo inducit illos ad imitationem christi sapientiam. Caute ambuletis. malorum commercia fugientes. Redimite tempus. i. habitam oportunitate bonis operibus insistendo. Mali sitis. i. bene agendi facultatem impeditores. Fieri imprudentes. i. de futuris improuidentis. Voluntas dei: qui vult omnes homines saluos fieri

& facitis; & facietis. Dominus autem dirigat corda & corpora vestra in charitate dei & patientia christi.

Feria. vi. ad Romanos. Cap. xiiij.

Fratres. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Quæ autem sunt: a deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autem non timere potestatem: bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris: time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindicæ in iram eius: qui malum agit.

Dominica. xx. Beati Pauli ad Ephesios. Capite. v.

Fratres. Videte quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes: sed ut sapientes: redimite tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes: quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto: loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis: & canticis spiritualibus: cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu christi deo & patri: subiecti inuicem in timore christi.

ex illorū bonis operibus. Inebriari vino. qđ rationem exccgat. Spiritu ſan-
cto. qui nō habitat niſi in ſobrjs. Loquētes vobismetiſiſ. i. inuicē. & qđ
loqui debeant exprimit. ſ. pſafos. hymnos & cantica ſpiritalia. In timore
chriſti. qui timor eſt charitati annexus.

Feria quarta Beati Pauli ad
Theſſaloni. ij. Capite. ij.

FRatres. Denunciamus vobis in nomi-
ne domini noſtri Ieſu chriſti; vt ſubtra-
hatis vos ab omni fratre ambulante inordi-
nate; & non ſecundum traditionem quam
acceperūt a nobis. Ipſi enim ſciſtis quemad-
modum oporteat imitari nos. Quoniam
non inquieti fuimus inter vos; neq; gratis
panem manducauimus ab aliquo; ſed in la-
bore & fatigatione nocte ac die operantes;
ne quem veſtrum grauaremus. Non qua-
ſi non habuerimus poteſtatem; ſed vt noſ-
metipſos in ſeruiam daremus vobis ad imitā-
dum nos. Nam & cum eſſemus apud vos:
hęc denunciamus vobis; quoniā ſi quis
non vult operari; nec manducet. Audiui-
mus enim inter vos quosdam ambulantes
inquiete; nihil operantes; ſed curioſe agen-
tes. His autem qui huiusmodi ſunt; denū-
ciamus; & obſecramus in domino Ieſu chri-
ſto; vt cum ſilentio operantes ſuum panem
manducet. Vos autem fratres nolite de-
ficere beneficientes In chriſto Ieſu domi-
no noſtro.

Feria ſexta Beati Pauli ad
Timotheū. i. Cap. vi.

CHariffime. Pręcipe diuitibus huius ſę-
culi non ſublime ſapere; neq; ſperare
in incerto diuitiarū; ſed in deo viuo qui prę-
ſtat nobis omnia ab ſubde ad fruēdū; bene age-
re diuites fieri in omnib; operibus bonis.

Feria quarta ſequenti.
Enūctam; vobis.
D Ex epiftola Pauli
ſecūda ad Theſſa-
lonicē. capite. ij. Et con-
tinuatus lectio epiftolę
ſuperiori quę legētur
feria. iij. poſt dñicā. xix.
itac; nūc inſtituit Ephe-
ſios ad mali euitationē.
Subtrahatis vos. euitan-
do illius cōſortū. iuxta
illud pſalmographi. cum
peruerſo peruerſeris.
Quā acceperūt. verbe. ſ.
& opere. imitari nos. &
in quo debeant imitari
oſtēdit. Inquieti. i. ocioſi.
ſi. ſ. laborantes. Laboran-
tes. vt ex labore noſtro
victū queramus. Habue-
rim; poteſtatē. ſ. accipiē-
di a vobis neceſſaria. For-
mam darem;. i. exēplum
quod vos imitaretmini.
Ingere. i. negocioſe; ſed
in rebus q̄ non ad rē; ſed
ad curioſitatē pertinent.
Cū ſilentio operantes. i.
quieti & paſifici. Panē
ſuum. i. ſuo labore acqui-
ſitū. Deficere. i. deficere
re: nam actiuum eſt.

Feria. vi. ſequenti.
Ręcipe diuitib; hu-
ius ſęculi. Ex epiftola
Pauli ad Timotheū.
cap. vi. Et eſt clauſula to-
rius epiftolę in qua Ti-
motheum docet quoniā
inſtituere debeat diuites.
Sublime ſape. i. in ſupbia
erigi. In incerto. q̄ ſuū rē-
picio fortunę ſubiecti. Prę-
ſtat ab ſubde. tā in preſenti tē-
poralia q̄ in futuro eterna.

Benè agere. repetere a superioribus præcipe. In bonis operibus quæ sunt ves
re diuitiæ. Tribuere & communicare. bona sua temporalia. Thefaurizare,
quod in euangelio saluator præcipit.

¶ Dominica. xxi. post trinitatem.

Confortamini in dño. Ex epistola ad Ephesios. cap. vi. In quo aposto
lus instituit Ephe
sios in moribus:
exhortando illos ex spe
& confidentia: quam ha
bere debent post fidem
acceptã. Armaturã dei.
ga arma militiæ nræ nõ
sunt carnalia: ideo spñs
lia: hoc est virtutibus.

Aduersus carnem & san
guinem. i. homines mor
tales. Principes. potesta
tes. rectores. i. demones
nobis insidiantes. Spñs
ualia nequitie. id est ma
los spiritus. In cœlestis
bus. id est in hoc aëre cas
siginoso. In die malo.
id est in pñ. uti vita. vbi
est tentationis pugna.
In omnibus. scilicet pro
feris & aduersis. fucis in
cti lumbos. scilicet in
gulo castitatis. In verita
te. id est non hypocrisi.
Loricã iusticiæ. i. omni
virtute, quæ est propria
armatura. In preparatio
ne euangelij. id est ad præ
dicandum christi euang
gelium.

¶ Feria quarta sequenti.
Finis præcepti est cha
ritas ex prima ep̃la
Pauli ad Thimoth.
capite. i. In quo aposto
lus præcepit non esse inre
dendum legalibus obser
uantijs & genealogijs in
determinatis: quæ nihil
conferunt ad diuine leg
gis complementum: sed
magis impediunt: dicit
igitur quod finis præcep

Facile tribuere: communicare: thesauriza
re sibi fundamentum bonum in futurum:
vt apprehendant vitam æternam.

Dominica. xxi. Beau Pauli ad
Ephesios. Capite. vi.

FRatres. Confortamini in domino: &
in potentia virtutis eius. Induite vos
armaturam dei: vt possitis stare aduersus in
sidias diaboli: quia nõ est nobis colluctatio
aduersus carnem & sanguinem: sed aduer
sus principes & potestates: aduersus mundi
rectores tenebrarum harum: contra spñs
ualia nequitie in cœlestibus. Propterea ac
cipite armaturam dei: vt possitis resistere in
die malo: & in omnibus perfecti stare. Sta
te ergo succincti lumbos vestros in verita
te: & induit loricã iusticiæ: & calciati pedes
in preparatione euangelij pacis. In omnib⁹
sumetes scutũ fidei: in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea extinguere. Et galeã
salutis assumite. & gladium spirit⁹ quod est
verbum dei.

Feria. iij. ad Thimothẽũ. i. Cap. i.

Charissime. Finis præcepti est charitas
de corde puro: & conscientia bona: &
fide nõ ficta. A quibus quidam aberrãtes:
cõuersi sunt in vaniloquiũ: volentes esse le
gis doctores nõ intelligẽtes: neq; q̃ loquun
tur: neq; de quib⁹ affirmãt Scim⁹ aut ga bo
na est lex: si quis ea legitime vtatur. Scietes
hoc quia iusto lex non est posita: sed iniustus
& non subditus: impijs & peccatoribus: sce-

pti est charitas. De corde puro. quantum ad appetitum. Conscientia. quantum ad intellectum. Fide non ficta. id est vera & non simulata. quia oris confessio fit ad salutem. Conuersi sunt in vaniloquium. asserendo quod necesse est te galta obsequari. Legis doctores. cum non fuerint discipuli. Legitime utatur. puta moribus semper testimonialibus usque ad christum. Lex non est posita iusto. quia iustus non

leratis & cōtaminatis patricidis: matricidis: homicidis: & fornicarijs: masculorum concubitoribus: plagiarijs: mendacibus: periuurjs. Et si quid aliud sanę doctrine aduersat: que est secundum euangelium glorię beati dei (quod creditur mihi.) Gratijs ago ei quod me confortauit In christo iesu dño nostro.

Feria sexta Beati Pauli ad
Timotheum. i. Capite. ij.

Charissime. Veritatem dico: non mentor: Doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuitates puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum ueracundia & sobrietate: ornantes se non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: uel ueste preciosa. sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulierem non permitto: ne prædominari in uirum: sed esse in silentio. Adam enim primus ornat⁹ est: deinde Eua: & Adam non est seductus: mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur autem per generationem filiorum: si permanserit in fide: & dilectione: & sanctificatione cum sobrietate.

Dominica. xxij. Beati Pauli ad
Philippenses. Capite. i.

pletatis opera in sumptibus pauperum huiusmodi uestium precia distribuendo. Discat. id est non doceat. Esse silentio. uiro non contradicendo. Adam primus. atque proinde mulieri præferendus. Saluabitur autem. non do cendo. sed per proles educandę industriam.

ta iusto. quia iustus non
cohibetur timore poenę.
Nō subditis. i. rebellib⁹.
Plagiarijs. i. qui uendunt
liberos pro suis: quod capitale crimē est. Sang doctrine. & que sit doctrina sana subdit: quę est secundum euangelium: cui concordat omnis ueritas: quę euangelium creditur ē mihi: subaudi prædicatū iudeis & gentilib⁹. Gratijs ago ex hoc. i. quod mihi credita ē euangelij prædicatio.

Feria sexta sequenti.
Veritatem dico. Feria
prima ad Timotheum.
theu eptā. cap. ij.

In quo dicit se prædicatorem. & apostolum. hoc est a deo missum: quod sibi non arrogasse nunc dicit. sed. reuera de eo gloriatur. In fide & ueritate. in quibus pertinet ad fidem & mores: in quibus consistit ueritas. In omni loco. i. non solum in ecclesia. Leuitates. per quod significatur mensis eleuatio. Disceptatione. cum proximis controuersia. Similiter mulieres. subaudi orare uolo. Cum ueracundia. que proprie est femininarum uirtus & puerorum. In tortis crinibus. i. calauistratis. Pietatem. i.

EPISTOLAE

¶ Dominica. xxii. post trinitatem.

Confidimus in domino iesu. Ex epistola ad philippenses. capite. i. pau-
cis verbis immutatis: in originali sic est confidens hoc ipsum: quia q-
cepit. &c. In quo loco apostolus philippenses facit benivolos ex-
cit se de illis bene sperare. Vtq; in diem christi. iudicium finale intelligit.

Sentire. s. de bono p'act
p'io bonum finem speras
re: cum p'ferim vos dilige-
gam. Socios. quia gaude-
tis de victoria meae eius-
geli p'dicatione. In omni
scientia. nam crescete cha-
ritate crescet scientia. Ve-
probetis. i. eligatis & ap-
probetis meliora. Synce-
si. idest mundi in vobis.
Sine offensa. in p'ximis.
Fructu iusticie. idest bo-
nis operibus.

¶ Feria quarta sequenti.

Manifeste est magnū pietatis
gnū pietatis
ep'la ad Timotheum
theum prima. partim ex
calce cap' i. ceteri; par-
tim ex ca. in vbi agi-
tur de Ti. i. in iustu-
tione ad ecclesiam perti-
nere. Pietatis sacramen-
tum: scilicet de verbi in-
carnatione. Iustificatum
in spiritu. scilicet sancti
iusticiam christi testi-
cante. Apparuit angelis.
quod antea per experien-
tiam non cognouerunt.
Assumptū in gloria. cū
resurxit a mortuis. Spi-
ritus. s. sanctus. Nouiss-
mis temporibus. s. An-
tichristi. Spiritus erro-
ris. idest ducētib; in er-
rorē. In hypocrisi. i. san-
ctitate simulata. Caute-
riatam conscientia. idest
diaboli cauterio inusta.
Prohibentium nubere.
q' si hoc sit ma'ū. Abstine-
re a cibis. c. nisi illicitis.

Fratres. Confidimus in domino iesu:
quia qui cepit in vobis opus bonum;
p'ficet v'q; in diē christi iesu. Sicut est mihi
iustum hoc senute pro omnib; vobis; eo q-
habeam vos in cord. & in vin culis meis;
& in defensione & confirmatione euange-
lij; locos gaudij mei omnes vos esse. Testis
enim mihi est deus quomodo cupiam oēs
vos esse in v'ceribus christi iesu. Et hoc oro;
vt charitas vestra magis ac magis abundet
in omni scientia & in omni sensu. vt probe-
tis potiora; & sitis synceres & sine offensa
in diem christi; repleti fructu iusticie per Ie-
su christum in gloriam & laudem dei.

Feria. iij. Beati Pauli ad Timotheum. i. Capite. iij. &. iij.

Charissime. Manifeste est magnū pie-
tatis sacramētum; quod manifestum
est in spiritu; appa-
ratum est gentibus. credi-
tando; assumptum est in gloria.
autē manifeste dicit; quia in nouissi-
mis temporibus discedent quidam a fide:
attendētes spiritibus erroris & doctrinis de-
moniorum in hypocrisi; loquentium men-
daciū & cauteriatam habentium suam cō-
scientiam; prohibentū nubere; abstinere a
cibis quos deus creauit ad percipiēdum cū
gratiarū actione fidelibus; & ijs qui cognou-
uerunt veritatem. Quia omnis creatura
dei bona est; & nihil rei sciendum; quod cū
gratiarum actione percipitur. Sāctificatur

Sanctificat enim ratio cur est bona. Hæc proponens, quod nuptiæ nō sunt male nec cibi illiciti. De uita, quæ rationalia non faciunt ad mortem, sed ad pietatem, id est ad religionem. Exercitatio corporis, per ieiunium & vigiliam. Ad modicum, scilicet ad subiiciendum uenti carnem.

em̄ per verbū dei & orationē. Hæc proponens fratribus bonus est minister christi. Iesu: nutrit⁹ verbis fidei, & bonæ doctrinæ quā assecutus es. Ineptas aut̄ aut inanestabulas deuita. Exerce aut̄ te ipsum ad pietatē. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autē ad omnia utilis est; promissionē habēs vitæ, quæ nunc est & futuræ.

Feria sexta beati Pauli ad Timotheum. I. Cap. iij. & v.

Charissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc em̄ laboramus: maledicimur & diiudicamur: quia speramus in deū uiuū qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiā tuā contēnat: sed exemplum esto fidelium: in uerbo, in cōuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dū uenio attende lectioni: exhortatōi: & doctrinæ, noli negligere gratiā quæ est in te: quæ data est tibi per prophetiā cum impositione manuum presbyteri. Hæc meditare: in his esto: ut perfectus tu⁹ manifest⁹ sit omnibus. Attēde em̄ tibi & doctrinæ: in ista in illis. Hoc em̄ faciēs & te ipsum saluū faciēs: & eo qui te audiēt. Seniorē ne increpaueris: sed olescra: ut patrem. Iuuenes ut fratres. Anus ut matres. Iuueniculas ut sorores in oī castitate. Viduas honora quæ ueræ uiduæ sūt. Si qua autē uidua filios aut nepotes habet: discat primū domū suā regere. & mutū uicem reddere paratibus. Hoc em̄ acceptū est coram deo.

Dñica, xxiiij. bti Pauli ad Philip. Cap. iij.

¶ Feria. vi. sequenti.

Fidelis sermo. Ex. I. epistola ad Timotheum, partim capit. iij. partim. v. & continetur epistola superiorī. ubi inducens Timotheū ad uirtutis exercitium dicit. Fidelis sermo, id est uerus & dign⁹ acceptior: quia ueris capitulentibus. Speramus in deum, qui retribuet nobis laborum mercedem. Adolescentiam contemnat. erat enim in egestate: sed hortatur illis ut opera semis faciat. In uerbo, id est doctrina. In cōuersatione, i. uite sanctimoniam. Attende lectioni, scilicet scilicet scripturæ: ut possis alios exhortari & docere. Dāta est per prophetiam. nam Paulo res uelatum est hunc uitam futurū ecclesie: atque ideo ordinandum. Presbyteri. id est episcopi. Hæc meditare. id est doctrinā. In his esto, scilicet opere exequendo. Seniorē. posuit modum dicendi generalium: nunc personas diuersarum conditionū in specie. Veræ uiduæ. quæ qua fornicatur non est in hoc ordine. Filios aut nepotes. qui indigent illius educatione. Parentibus. si parentes habet.

¶ Dominica. xxiiij. post trinitatem.

EPISTOLAE

Imitatores mei estote. Ex epistola ad philippenses cap. iii. In quo postea quā apostolus posuit se in exemplum Philippensibus: nunc inducit illos ad se imitandum. Formam nostram. id est præcepta quæ illis tradidit. Multi ambulat. scilicet in resurrectione. Et gloria. quoniam in eo gloriatur. In cordis est. per spem & fidem. Expectamus venturum. scilicet ad iudicium. Res formabit. scilicet in resurrectione. Humilitatis nostræ. id est corruptionis. Corpori caritatis suæ. id est sicut & ipse cum glorioso corpore resurrexit. Secundum operationem. id est virtutem operati. Subiecte sibi. etiam ad nihilum redigendo.

Feria quarta sequenti. Fidelis sermo. nam si cōmortui. Ex epistola ad Timotheū secundā cap. ii. in quo locū veritatis predicatores gloriā promittit. fidelis sermo: id est verus est quem dico. Cōmortui propter euangelij predicatōnem. Cōmurmuramus. scilicet ab illo puniendos. Nos esse. fidei in veritate iusticie. Scilicet ipsum. id est iusticiā suā: & est idem. Testificans. id est refert. illum in uocans. Cōtendere verbis. scilicet cum falsis predicatores ad subuersionem audientium. qui loquacioribus magis credunt. Exhibere deo. subditi & non hominibus: ut faciunt hypocrite. In cōfusiōnem. id est faciens quæ in confusiōnem tuam redūdet. Profana. proficiunt. imo

Fratres. Imitatores mei estote; & obseruate eos qui ita ambulant; sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulat quos sæpe dicebam vobis. Nunc autem & hęc dico inimicos crucis christi; quorum finis interitus; quorum deus venter est; & gloria in confusione ipsorum; qui terrena laiciunt. Nostra autem cōuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectam⁹ dominum nostrum iesum christum; qui reformabit corpus humilitatis nostrę; cōfiguratum corpori claritatis suę; secundū operationem virtutis suę; qua possit etiam subijcere sibi omnia. In christo iesu dño nro.

Feria quarta ad Timotheum. ij. Capite. ij.

Charissime. Fidelis sermo. Nam si cōmorturamus. & conuitemus. Si subistinebimus; & conregnabimus. Si negauerimus; & ille negabit nos. Si non credimus; ille fidelis permanet; negare se ipsum nō potest. Hęc commune testificans coram deo. Noli verbis contendere. Ad nihil enim vtile est; nisi ad subuersionem audientium. Sollicite autem cura te ipsum probabile exhibere deo; operarium inconfusibilem; recte tractantem verbum veritatis. Profana autem & vaniloquia deuota. Multum enim proficiunt ad impietatem; & sermo eorum in cœcer serpit. Ex quibus est Hymeneus & Philetus; qui a veritate exciderunt dicentes; resurrectionem iam factam; & subuerterunt quo-

officiunt & nocent. Serpens. idest tendat ad corruptionem veritatis. Refur-
rectionem factam. deceptico quod saluator dicit. Ioannis quinto. qui cires
dicei qui misit me: vitam eternam habet. & in iudicium non veniet. Stat.
scilicet in resurrectione spes. Signaculum hoc. quod iudicatur. Qui sunt ei?
subaudi ferui. Ab iniquitate. qua negatur moruorum resurrectio. In ma-
gna domo. comparat va-
sa vtriuslibet hominib9
bonis & malis.

quendam fidē. Sed firmū fundamentū dei stat:
habens signaculū hoc. Cognouit domin9
qui sunt eius. & discedit ab iniquitate omnis
qui inuocat nomen domini. In magna au-
tem domo non solum sunt vasa aurea &
argentea: sed etiam lignea & fictilia: & que-
dam quidem in honorem: quædam in con-
tumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab
istis: erit vas in honorem sanctificatum: &
vtile dño ad omne opus bonum paratum.

Feria sexta beati Pauli ad
Philippenses. Cap. iij.

FRatres. Imitatores mei stote: & obser-
uate eos qui ita ambulant. &c. vt sup.

Dominica. xxiiij. Beati Pauli ad
Colossenses. Capite. i.

FRatres. Non cessamus pro vobis oran-
tes & postulantes: vt impleamini agni-
tione voluntatis dei in omni sapientia & in
tellectu spiritali: vt ambuletis digne deo
per omnia placentes. In omni opere bono
fructificantes & crescentes in scientia dei.
In omni virtute confortati secundum potē-
tiam caritatis eius: in omni patientia &
longanimitate cum gaudio In christo Iesu
domino nostro.

Feria quarta beati Pauli ad He-
braeos. Capite. iij. & iij.

FRatres. Videte itaq; ne forte sit in ali-
quo vestrum cor malū incredulitatis

¶ Feria. vi. sequenti.

IMitatores mei estote.
Ex epistola p̄ Philip-
penses cap. iij. sed iam
exposita est in domica
superiori.

Dominica. xxiiij.
post trinitatem.

Non cessamus pro vo-
bis. Ex epistola ad
Colossens. cap. ij.
In quo apostolus ostē-
dit se bentuolum Colof-
sensibus: dum orat pro
illorum foelici consuma-
tione. Agnitione volun-
tatis eius. idest diuinam
volūtatē cognoscatis.
Ambuletis digne. tendē-
tes in patriam. In scientia
dei. per contemplan-
tionem. In omni virtute.
scilicet morali quan-
tum ad appetitum. Con-
fortati. scilicet per gras-
tiam. Longanimitate.
idest tolerantē malā ex-
spectata.

¶ Feria sexta sequenti.

Videte itaq; Ex epi-
stola ad Hebræos
partim. in partim
iij. capitibus. & quia ex
psalmo Paulus adduxer-
at illud. quadraginta an-
nis proximus fui genera-
L iij

EPISTOLAE

tioni hujc. &c. nunc subdit. Videte fratres ne sit in vobis cor malum. id est volūtas mala. Adhortamini vosmetipsos: conscientias vestras examinando. Donec hodie cognominetur. in grāto pro donec est dum. & hodie dicitur totum tempus ab aduentu christi primo ad secundum. Vt nō obduratis. alludit ad illud quod in eodem psalmo dicitur. Nolite obdurare corda vestra. Initium sub

stātia: id est fidei quae est substantia rerum sperandarum. infra caput vno decimū. id eo subdit. Hodie (vt supra expositum est) id est tēpore gratia. In illa exacerbatione. de qua in eodem psalmo.

Quidam non tamē oēs. sed illi qui volebant res verti in Aegyptum.

Quibus infensus est: quae si dicit: illis tantum qui audientes verba expiatorum volebant retrocedere. Prostrata sunt. id est in poenam suae rebellionis. quoniam non introierūt in terram a deo promissam. Increduli. id est qui deo per Moſen non crediderunt. Relicta pollicitatione. id est praedicta dei promissionē. Nobis nūciatum est. scilicet de requie aeterna: sicut illis de temporalī. Non admixtū fides. quia non crediderunt: quae modo dixit. scilicet eō ratio si introibunt.

Dominica. xxv.
Post trinitatem:

Ecce dies veniunt dicit dominus. Et suscitabo David. &c. Ex Jeremia propheta capite. xxij. In quo describitur coniunctio dei veri & hominis: cuius vera humanitas ostenditur cum dicit. David germen tuum. id est propagatum ex illius semine. Regnabit rex. non de hoc mune

dicedendi a deo vivo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies: donec hodie cognominetur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim christi facti sumus. si tamen initium substantiae eius vsq; ad finem firmum retineamus: dū dicitur. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra: quemadmodū in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt: sed non vniversi qui profecti sunt ab egypto per Moſen.

Quibus autem infensus est quadraginta annis: nonne illis qui peccauerunt: quorū cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius: nisi illis qui incredulifuerunt: & videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius: existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nūciatum est quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex his quae audierūt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus in dominum Iesum xpm.

Dominica vigesima quinta. Lectio
Ieremiae prophetas.

Capite. xxij.

Ecce dies veniunt dicit dominus: & suscitabo David germen iustum; & non

do: sed de quo Matthei ultimo. Data est mihi potestas in celo & in terra. Saluabitur iuda. idest omnis qui deum confitetur (nam iuda confessio interpretatur.) Israel quod interpretatur visio dei: quod porro ad ecclesiam triumphatam pertinet. Iustus noster. idest iustificans noster. quia dei proprium est iustificare. Qui eduxit filios israel. quasi dicat: beneficium illud antiquum de liberatione

ex egypto oblitterabitur: & frequentabitur memoria recentioris beneficii: hoc est de restitutione regni israel. de quo dicitur in psalmo dispersiones israelis congregabis. De terra aquilonis. idest a sepe terrone & ab omnibus alijs mundi partibus: quia gentium vocatio ad omnes pertinet. In terra sua. idest in ecclesia militante primum. & postea in triumphante.

ne ex egypto oblitterabitur: & frequentabitur memoria recentioris beneficii: hoc est de restitutione regni israel. de quo dicitur in psalmo dispersiones israelis congregabis. De terra aquilonis. idest a sepe terrone & ab omnibus alijs mundi partibus: quia gentium vocatio ad omnes pertinet. In terra sua. idest in ecclesia militante primum. & postea in triumphante.

¶ Feria quarta sequenti.

Feria quarta beati Pauli ad
Thessalū. ij. Capite. i.

Fratres. Gratias agere debemus deo semper pro vobis (ita vt dignum est.) Quoniam super crescit fides vestra: & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem. ita vt & nos ipsi in vobis gloriamur in ecclesijs dei pro patientia vestra & fide: in omnibus persecutionibus & tribulationibus vestris: quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei: vt digni habeamini in regno dei: pro quo & patimini. Si tamen iustum est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiem nobiscum: in reuelatione domini nostri Iesu Christi: de coelo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non

Gratias agere debemus deo semper. Ex ep̄la ad Thessalōntenses secunda cap. i. in quo loco reddit illos beniuolos: cum dicit se deo gratias agere quod illorum fides crescat. Ita vt digni s̄. subaudi fieri. In vos gliemur. id est vobis. In ecclesijs dei: propono vos alijs in exemplum. In exemplum iusti iudicii dei. id est hoc sensibile apparebit iudicium dei est iustum: patientiam vestram premiando. Retribuere. idest repēdere malū pro malo. In reuelatione. idest quando veniet ad iudicium. in quo omnia reuelabuntur hominum opera. Cum angelis. executio

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

EPISTOLAE

Dantis vindictam. id est facientis ultionem. A facie domini. id est ex sententia & redierit ex eius ore.

¶ FERIA sexta sequenti.

NON lateat vos quia vnus dies. Ex Petri apostoli secunda epistola capite tertio. quia in superioribus mentionem fecit de die iudicij nunc de tempore tollit dubitationem.

Sicut mille anni. scilicet apud nos. Et est sumptum ex psalmo. lxxxix. Mille inquit anni ante oculos tuos quasi dies externa. Non tardat promissum. id est promissi retributionem. Quidam existimant. negantes futurum iudicium. Patienter agit. iudicium differendo.

Propter vos. vt iusti merendo proficiant & mali per poenitentiam redant. Dies domini. id est iudicij ultimi. Vt fur. id est repente. Coeli transient. per ignis conflagrationem. Calore. id est eodem igni. Cum igitur. ex dictis inferat quod solliciti esse debemus de illa die tremenda.

Quales. quasi dicat: sollicitos & paratos. Nouos coelos. non alios: sed hos renouatos. Elata sexagesimo quinto. Ecce ego creo coelos nouos: & terram nouam. Iusticia habitat. id est habitabit. Haec expectantes. scilicet iustam retributionem. In pace scilicet conscientia. Longanimitatem. id est dilationem. Arbitramini salutem. id est augmentum & meritum vestri reputare.

nouerunt deum: & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu christi. Qui poenas dabunt in interitu aeternas: a facie domini & gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis suis: & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt Iesum christum dominum nostrum.

FERIA sexta beati Petri Ap[osto]li
secunda. Capite in.

CHARISSIMI. Non lateat vos quia vnus dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni sicut dies vnus: non tardat dominus promissa: sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos. Nolens alios quos perire: sed omnes ad poenitentiam reuertit. Adueniet autem dies domini vt fur: in quo coeli magno impetu transient. Elementa vero calore soluentur: terra autem & ea quae in ipsa sunt opera exurentur. Cum haec igitur omnia dissoluenda sint:uales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus: expectantes & properantes in aduentum diei domini. Per quem coeli ardentis soluentur: & elementa ignis ardore tabescent. Nouos vero coelos: & nouam terram: & promissa ipsius expectamus: in quibus iusticia habitat. Propter quod charissimi haec expectantes satagite immaculati & inuiolati apud eum inueniri in pace. Et domini nostri Iesu christi longanimitate salutem arbitramini.

sed.

In dedicatione
ecclesiae

Vidi ciuitatē sanctam Ierusalem. Ex Apocalypsi Ioannis capite. xxi. Et notādum est q̄ dedicatio ecclesie celebratur in die qua quolibet dioeceseos ecclesia consecrata est: celebratur quoq; metropolitana ecclesie consecrationis dies: & quibusdam quoq; sancti Petri in urbe Romana dedicatio: & comparatur ecclesia hæc militans illi Ierusalem coelesi. ideo dicit Ioannes.

In dedicatione ecclesie. Lectio
libri Apocal. Cap. xxi.

In diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de caelo a deo paratā sicut sponsā ornata viro suo: & audiui vocē magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominib; & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt: & ipse deus cū eis erit eorū deus. Et abstergit omnē lachrymā ab oculis eorū: & mors ultra nō erit neq; luctus: neq; clamor: neq; dolor erit ultra: quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio oia.

Vidi Ierusalem nouam. id est societatem sanctorum gloriosam. Sponsam ornata dotibus. quæ comitantur corpora glorificata. Dei cum hominibus. per nuptias spirituales. Quæ prima abierunt. quia omnia quæ sunt permissi in ecclesia militante: cessabunt in triumphanti. Qui sedebat. scilicet deus trinus & vnus. Noua facio omnia. scilicet cælos, terrā, cum alijs elementis: atq; proinde electos meos.

FINIS.

ÆPISTOLAE
SANCTORVM
PROPRIAE IN
CIPIVN
TVR.

EPISTOLAE

¶ In vigilia sancti Andree.

Benedictio dñi super caput. Ex ecclesiastico partim. xliij. partim. xlv. Capitibus sed paucis verbis immutatis: nam in originali est. Benedictio nem omniū gentium dedit illi dominus: & testamentum suum conficit mabit super caput iacob. & sic auctor de iacob loquitur. cui Isaac pa-

ter bñdixit prætermisso Esau alicero filio. Dedit illi hereditatē abdicato Esau. In tribus duobus decim. hoc facit ad Andream: cui cū ceteris apostolis saluator dicit. sede bñs & vos duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Omnis carnis. id est omnium hominum. Magnificauit eū. hoc de Moise dicitur: qui corā Pharaone mirabilia fecit illa de quib⁹ in Exodo. Monstrat. i. egypti plagas. In cōspectu regum. scilicet Pharaōis i egypto: alio tū deinde in deserto: & terra canaā. Gloriā suā. id est visionem per essentia. Exodi. xx. In fide & lenitate. quia fuit fideiis erga deum: & mitis erga homines. Elegit eum. vt illo duce populū ex egypto liberaret: & deinde per eum legem traderet. Excedū fecit. hoc de Aaron Moisi frater dicitur. sed omnia que dicta sunt de patriarchis & Moise, Aaron: ad Andream referri possunt.

In festo sancti Andree. Orde creditur ad iusticiā. Ex epistola ad Romanos capite. x. Et quia paulo ante dixit. si cōfitearis ore tuo, & corde credideris: saluus eris: nunc infer.

Corde creditur ad iusticiā. &c. Scriptura. Esaia. xxviij. Nō est distinctio. quantum ad iusticiam: ad quam omnes tenentur. Diues in omes: vt omnes

Epistolæ propriæ Sanctorum incipiuntur.

In vigilia sancti Andree. Lectio libri sapientie. Ecclesiast.

Cap. xliij. & xlv.



Benedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi hereditatem: & dimisit illi partem in tribus duodecim: & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorū: & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum: & ostēdit illi gloriam suam: In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum: & elegit eū ex omni carne. Et dedit illi cor ad præcepta: & legem vitæ & disciplinæ. & excelsum fecit illum. Statuit ei testamentū æternum: & circūcinxit eū zona iusticiæ: & induit eum dominus stola gloriæ.

In die sancti Andree. Beati Pauli ad Romanos. Capite. x.

FRATES. Corde enim creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutē. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio iudei & greci: nam idem dñs omnium: diues in omnibus qui inuocant illū. Omnis enim quicūq; inuocauerit nomen domini

saluos esse veliz. Omnis qui. Ex Ioele. cap. ij. Et tunc procedit gratiam p
colorem qui dicitur grecis clima: latinis gradatio. Non crediderunt. quia
fides supponenda est christiano. Non audierunt. quia fides supponit auditi
um. Sine predicante. quia auditus qui disciplina: sensus est (vt ait Aristo
teles) doctore indiget. Nisi mittantur. ab eo. s. qui habet autoritatem & pote

saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt: in
que non crediderunt? Aut quomodo cre
dentes; que non audierunt? Quomodo au
te audient sine predicante? Quomodo ve
ro predicabunt. nisi mittantur? Sicut scriptum
est. Quam speciosi pedes euangelizantium pa
cem: euangelizantium bona. Sed non oēs obe
diunt euangelio. Esaias autem dicit. Dñe quis
credidit auditui nostro? ergo fides ex auditi
u: auditus autem per verbum christi. Sed dico.
Nunquid non audierunt? Et quid in oem
terram exiit sonus eorum: & in fines or
bis terrae verba eorum.

In festo. s. Barbarae virg. Ezechia. Cap. lii.

Consitebor tibi dñe rex; & collaudabo
te deum saluatorem meum. Consitebor
nomini tuo: quia adiutor & protector factus
es mihi: & liberaisti corpus meum a perditio
ne: a laqueo lingue iniquae; & a labijs operan
tium mendacium. Et in conspectu astantium factus
es mihi adiutor. Et liberaisti me secundum mul
titudinem misericordiae nominis tui; a rugie
tibus paratis ad escam de manibus querentium
animam meam: & de portis tribulationum
quae circumdederunt me; a pessura flammae quae circum
dedit me: & in medio ignis non sum aestua
ta. De altitudine ventris inferi: & a lingua co
inquinata: & a verbo mendacium: a rege iniquo:
& a lingua iniusta. Laudabit usque ad mortem
anima mea dominum: & vita mea appropinquans
erat in inferno deorsum. Circumdederunt me
vindictae: & non erat qui adiunaret. Respicies
eram in adiutorium hominum: & non erat.

statem & potest tam gran
de mysterium reuelare.
Sicut scriptum est. Esaias
liij. Euangelizantium. i.
predicatorum. Esaias di
cit in eodem capite. Ergo
fides. ex superioribus col
ligitur. Per verbum christi
scilicet. qui hoc mortalibus re
uelauit. Non audierunt.
quasi dicat: non possunt
excusare se. In omnem terram.
ex psalm. xvij. quae de
Andreas dici possunt.

In festo. s. Barbarae virg.

Consitebor tibi domine. Ex ezechia.
cap. li. In quo au
tor opis deum laudat: agie
que illi gratias pro benefi
cijs ab illo acceptis: quae
omnia possunt accomo
dari huic virgini in mar
tyrio posita. Consitebor
tibi. pro laudabo te. Pro
tector. i. malis. Adiutor.
in bonis. A perditione.
quam eram subitura sine
tuae gratia. Linguae in
ique. qui me criminabantur
falso. Astantium. cum
plecterer propter tuae fidei.
A rugientibus. i. tremen
tibus in me paratis. Ad
escam. i. carnes meas ad des
uorandum. A pessura flammae.
quam mihi parabat ut exu
reret. Aest uata. ab aestuo
as. ex absoluto fecit par
ticipium: quasi ab aetuo
as. Ventris inferi. eorum quae de
scendunt ad inferos. A lin
gua iniusta. repetit a supe
rioribus liberaisti me.

EPISTOLAE

Vsq; ad mortem. id est per omnem vitam meam Appropinquans erat. nrisse me liberasses. Qui adiuuaret. scilicet ex hominibus: Non erat. subaudi qui adiuuaret. Memorata sum. ex actiuo secus deponens verbum pro memini tu. & misericordiae. De manu angustiae. pro eo quod est argentium me. in originali est de manibus gentium.

¶ In festo sancti Nicolai.

Plures facti sunt sacerdotes. Ex epistola ad Hebræos capitulo vii. In quo sacerdotiū Aarō sacerdotio christi cōparauit: sed illius fuit sacerdotiū temporariū: christi autem æternum. Ex quo fertur quod post Aaron successit alii sacerdotibus fuerunt. Morte per mære. quia mortales erant. Hic autem. id est christus post resurrectionē. Sēpieternum. ad illud quod dicitur psalmi cix. Tu es sacerdos in æternū. Accedens per semetipsum. ex eo quod hō cōiunctus est naturæ diuine. Interpellādū pro nobis. nostrā humanitatē patri representās. Pontifex sanctus. ab instāti conceptionis sine peccato. Segregat⁹ a peccatoribus. quātum ad cōtagionē. alioq; c. pētōrib⁹ verfabat. Excelsior cœlis. quātū ad naturā diuinā. Pro suis delictis. quia sine pētō quod faciebat Aaron & illius successores. Pro populi. scilicet delictis: & quia Nicolaus fuit sacerdos secundū hūc ordinē: iuste de illo legitur: quod de christo dictum est.

¶ In cōceptione virginis Marię.

Dominus possedit me. Ex libro Prouerb. Salomonis cap. vii. In quo Salomō inducit loquētē sapiētā increatā: hoc est verbū diuinū. in quo & p̄ quod oīa fecit: quę oīa possunt de virgine deipara dicit: & illi accōmōrari. Viarū suarum. id est operum suorum: quia vt diximus per eam cuncta operatus est.

Memorata sum misericordię tuę domine: & cooperationis tuę quę a seculo sunt: quoniam erūis sustinentes te domine: & liberas eos de manu angustię dñe deus noster.

Sancti Nicolai episcopi.
Ad Hebræos. Cap. vii.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem. Idcirco quod morte prohiberentur permanere; hic autem eo quod maneat in æternum: sempiternum habet sacerdotiū. Vnde & saluare in perpetuū potest: accedens per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex: sanctus; innocens: & impollutus: segregatus a peccatoribus: & excelsior cœlis factus. Qui nō habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) pri⁹ pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populi. Hoc enim fecit semel: se offerendo Dominus noster iesus christus.

In conceptione beatę Marię.
Prouerbiorum. Capite. vii.

Dominus possedit me in initio viarū suarum anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Ab æterno ordinata sum: & ex antiquis anteq̄ terra fieret. Nōdū erāt abyssi: & ego iā cōcepta erā. Necdū fontes aquarū eruerant; necdū mōtes graui molle cōsiterāt.

Quicquid faceret. id est produceret. Concepta. id est intra genita in mente diuina. Eruperant. scilicet de caernis terrae scaturientes. Constitierant. mole sua suspendentes. Parturiebar. translatio est a foeminis sub tempus parientis di progignebar. Cardines orbis. id est polos circa quos mundus voluitur. Aderam: quia omnibus his creandis. interfui. Vallabat abyssos. profundi

Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat & flumina: & cardines orbis terrae. Quando praeparabat caelos ad terram: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum: & librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum suum: & legem ponebataquis: ne transiret fines suos. Quando appendebat fundamenta terrae: cum eo erant cuncta componens. Et delectabar per singulos dies. Ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum: & deliciae meae est cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam & estote sapientes: & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit: inueniet vitam: & hauriet salutem a domino.

Leocadiae virginis. Beati Pauli
ad Corinthios. ij. Capite. x.

FRATRES. Qui gloriatur: in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat: ille probatus est: sed quem deus commendat. Utinam sustineretis modicum: quid insipientiae meae: sed & supportate me. Aemulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos vni viro: virginem castam exhibere christo.

Eulaliae virginis. Lectio libri
Sapientiae. Capite. viij.

tares aquarum vallo: cingebatur: ne egredierentur fines suos. Aethera firmabat: unde pars illa caeli firmamentum dicitur. Librabatur. id est ad libellam dirigebatur. i. al niuel. Terminum suum. id est litora praetendebatur. Fundamenta terrae. id est centrum: cui omnia inuectum.

Per singulos dies. eternaliter. Ludens. id est quasi per ludum & otium fabricans. orantia. Cum filiis hominum. per participationem (nam in deo est per essentiam.) Audite me. homines ad se capessendam hortatur. Ad postes ostij. nam postes sunt valvae quae clauduntur & aperiantur. ostium vestro quod ingredimur & egredimur quasi domus os. Alia patent:

In festo sanctae Leocadiae virginis.

Qui gloriatur in domino. Ex. ij. ad Corinthios. epistola. cap. x. & xi. atque omnia in deum esse referenda ostendit: neque aliunde gloriam esse petendam. Comedat. id est laudat gratulato de bonis. Commendat. commendabilem facit per miracula. Sustineretis. id est dissimularetis si in aliquo vobis videor inspiens. Aemulor vos. quia est ambiguum ad bonum & malum: ideo subdit dei genus.

latione. Despondi vos. s. quo tempore nuptias vestras cum christo per fidē & baptismum conciliaui. Exhibere. i. exhibendum christo. Virginem castam. i. vos quasi virginem integram & virtutibus ornata: & hoc facit ad festum huius virginis.

In festo sancte Eulalie virginis.

Sapientia vincit malitiam. Ex libro sapientie. cap. viij. sed premittitur
 Sex sine capitis septis
 mi clasa paucis vers
 bis immutatis. nam p eo
 quod est in originali sap
 ientiam non vincit ma
 licia: concinnator inuer
 tit verba dicens: sapientia
 vincit malitiam. A trins
 git foliē. acrimonia sua
 omnia penetrando. Suas
 uiter. idest cū modestia:
 & moderatiōe. Hāc ama
 ti. verba sunt auctoris;
 siue is sit Salomon: siue
 Philō. & possunt esse hu
 ius virginis verba mura
 eis murandis. Generosita
 tatem. ordo est & senten
 tiarū habens contu
 bernū dei. idest familia
 ritatem. Glorificat. idest
 laudat. Generositatem. Di
 lexit illam. quia facit deo
 amabiles.

In festo Damasi papae.
Ecce sacerdos magnus. Ex libro eccle
 siastici. cap. xliij. &
 xiv. sed clausula pria aliū
 de siue a cōcinnatore ad
 icēta: quontā sub his ver
 bis nō est in tota scriptu
 ra sacra. Sacerdos mag
 gnus. idest pontifex: siue
 papa: ve fuit Damasus.
 Reconciliatio. quia deū
 eratam nobis cōciliauit:

aut fuit irenarcha. idest pacificator inter fratros. Iurciurando. ad illum vi
 detur alludere: quod est in psal. lix. Iurauit dominus: tu es sacerdos. &c.
 Benedictionem omnium gentium. hoc de Isaac legitur in sensu litterali.
 Omnium gentium. qa oēs benedicent illū. Super caput eius. in originali sup ca
 put Iacob. Testamentū. i. pactū qd pepigit cū Abraā Magnificauit illū. hoc
 sū de Moise loquitur autor Ecclastici: sed hec oia in superiorib⁹ exposita sunt.

Sapientia vincit malitiam. Attingit ero
 Sgo a fine vsq ad finem fortiter: & dispo
 nit omnia suauiter. Hanc amauit & exquisi
 uia iuuentute mea. Et quasi in sponsam.
 mihi eā assumere. & amator factus sum for
 mae illius. Generositate illius glorificat: con
 tubernium habens dei: sed & dñs omnium
 dilexit illā. Doctrix enim est discipline dei.

Damasi papae. Ecclesiast.

Capite. xliij. & xlv.

Ecce sacerdos magnus; qui in diebus suis
 placuit deo; & inuentus est iustus; & in
 tempore iracundie factus est reconciliatio.
 Non est inuentus similis illi qui conseruaret
 legem excelsi. Ideo iurciurando fecit illum
 dominus crescere in plebem suam. Benedi
 ctionem omnium gentium dedit illi; & testa
 mentū suum confirmabit super caput eius.
 Cognouit eum in benedictionibus suis; cō
 seruauit illi misericordiam suam; & inuenit
 gratiam coram oculis domini. Magnifica
 uit illum in cōspectu regum; & dedit illi cor
 ronam gloriæ. Statuit illi testamentū sempi
 ternum; & dedit illi sacerdotium magnū;
 & beatificauit illum in gloria. Fungit sacer
 dotio. & habere laudē in noie ipsi⁹. & offer
 re illi incēsum dignū in odorē suauitatis.

¶ In festo sancte lucie virginis.

Confitebor tibi domine rex. & collaudabo te. &c. In festo Sabaræ virginis iam exposita est hæc epistola.

¶ In annunciatione beate Mariæ virginis.

Lucie virginis. Ecclesiast.

Capite. li

Confitebor tibi dñe rex. & collaudabo te saluatorem meum. &c. vt supra.

Cōmemoratio annunciationis

beate Mariæ virginis. Esaiæ

propheta. Cap. vij.

In diebus illis. Loquutus est dominus ad Achaz; dicens. Pete tibi signum a domino. &c. vt supra.

Dominici abbatis & confessoris. Lectio libri sapiētie.

Eccle. Cap. xxxix.

Iustus cor suum tradidit ad vigilandum in diluculo ad dominum qui fecit illum; & in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione; & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit; spiritu intelligentie replebit illum; & ipse tanquam imber mittet eloquia sapientie sue; & in oratione confitebitur domino. & ipse diliget consilium eius & disciplinam; & in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrinae sue; & in lege testamēti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientia eius; & vsq; in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius; & nomen eius requirietur a generatione in generationem.

Thomæ apostoli. Lectio beati

Pauli ad Ephesios. Cap. ij.

Fratres. Iam non estis hospites & aduenæ; sed estis ciues sanctorum;

Loquutus est dominus ad Achaz. In feria quarta post dominicam tertiam aduentus: hæc prophetia exposita est.

¶ In festo Dñi abbatis.

Iustus cor suum tradidit. Ex ecclesiastici capite. xxxix. vbi legitur non iustus; sed sapiens. Diluculo. i. in inde ab adolescentia. Deprecabitur: pro sapientie acquisitio ne. Pro delictis. i. delictorum venia. Si voluerit. immo volet. quia petitio est iusta. Et ipse recipies. spiritum sapientie. Mirretur eloquia: docens ignorantes.

Confitebitur dño. ad ipsum quicquid boni est referens deo. Et ipse. scilicet. Consiliabit. scilicet. obsecra claris sibi reuelando. Ipse. scilicet. sapiens a deo illuminatus. Doctrinæ sue. i. sibi a dño reuelate. Multi. non dicit omnes; quia sapientia plurimorum est odiosa. Non delebit. quia veritas in eternum manet. Non recedet. inter homines in hoc seculo durabit; & apud deum in altero seculo premissis acceptis.

¶ In festo Thomæ ap. Pi.

Iam non estis hospites. Ex epistola Pauli ad Ephesios. capite. ij. in superiore parte apostolus egit de vocatione gentium nunc ex eo infert. Ergo non estis hospites. id est extranei: sed in numerum sanctorum recepti.

Domestici dei. i. familiares. Superedificati. i. est fundamento ecclesie impositi. Angulari lapide. de illo intelligit qui in edificando templi Salomonici cum non conueniret in alijs locis: tandem ad duos parietes connectendos murum in modum coegruit. per quod significabatur christus qui fecit vtriusque vnum. id est iudeos & gentiles. de hoc lapide legitur in psalmo. cxvij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. **C**onstrueta. scilicet ex iudeis. **C**oedificamini. cum alijs fidelibus.

In festo sancti Isidori.

Optauit & datus est mihi sensus.

Ex libro sapientie capite. vij. In quo postea qua autor ostendit quod habuit per naturam: nunc infert quid habuit ex sapientia sibi diuinitus infusa. dicit igitur. **P**ropter quod optauit. id est. deditur sapientiam. **S**ensus. id est. vnde beatus de omnibus sententiam. **R**egnibus & sedibus. scilicet regalibus. **D**iuinitas. lapidem preciosum aurum. argenti: quod omnia fortunae bona sunt: neque animi bonis comparanda. **S**uper salutem & speciem. id est pulchritudinem: quae sunt naturae bona: neque comparanda sapientiae. **P**ro luce. quae sic dirigit in spiritualibus sicut lux in corporalibus. **I**nextinguibile. id est aeterna & incorruptibile est sapientia: quae est de rebus diuinis. **I**nnumerabilis honestas. id est nuda honor: qui est virtus praecipua quod sequitur illam: quasi umbra corpus sequitur. **L**etatus sum. **O**rdo est. quoniam ista sapientia antecedebat me: ideo letatus sum. **I**gnorabam. scilicet antequam ipsam haberem. **S**ine fictioe. id est via recta quia deo optimo doctore.

& domestici dei. Superedificati supra fundamentum apostolorum: & prophetarum. ipso summo angulari lapide christo Iesu: in quo omnis aedificatio constructa creuit in templum sanctum in domino. In quo & vos coaedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto.

Sancti Isidori. Lectio libri

Sapientiae. Capite. vij.

Optauit & datus est mihi sensus. & inuocaui: & venit in me spiritus sapientie: & praeposui illam regnis & sedibus: & diuitias nihil esse dixi: in comparatione illius. **N**on comparavi illi omnem lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua. & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius. **S**uper salutem & speciem dilexi illam. & praeposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. **V**enerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. & innumerabilis honestas per manus illius. & letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia: & ignorabam: quoniam omnium bonorum mater est. **Q**uam sine fictione didici: & sine inuidia communico. & honestatem illius non abscondo.

In festo Stephani prothomartyris.

Stephanus plenus gratia. Ex actibus apostolorum capite. vi. & vñ. ubi Lucas proficitur historia de beato primo christi teste. Prodigia, id est miracula contra naturam. Libertinorum, glossa dicit a regione, hos fuisse dictos, quod si ita est ab Eleutheropoli urbe iudea dictos esse oportet, quae interpretatur ciuitas liberorum. Cyrenensium, a cyrenis urbe Africa nobili. Asia, scilicet proprie dicta. Qui loquebatur, subaudi in eo. Audientes haec, Excepit, id est, quod postea quam audierunt Stephanum longa oratione petorantem. Dissecabantur, id est, rubeabantur nimia ira. Voce magna, ne verba Stephani audirentur. Continerunt aures, ne talia audirent. Testes, qui lapidabant illum. Qui vocabatur Saul, qui postea cognominatus Paulus. Ex persecutore factus est apostolus. In festo Iohannis Euang.

Stephani, pthomartyris. Lectio
Actuum apostolorum, Cap. vi.

In diebus illis, Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga quae appellabatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum: & eorum qui erant a Sicilia & Asia disputantes cum stephano: & non poterant resistere sapientiae & spiritui qui loquebatur. Audientes autem haec, dissecabantur cordibus suis: & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in caelum, vidit gloriae dei: & Iesum stantem a dextris: & ait, Ecce video caelos apertos: & filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes voce magna continuerunt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter in eum, & enunciantes eum extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus: & lapidabant Stephanum invocantem: & dicentem, Domine Iesu accipe spiritum meum. Postquam autem genibus clamauit voce magna, dicens, Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormiuit in domino.

In natali sancti Iohannis euangelista.

Lectio epistolae beati Pauli apostoli
ad Ephesios, Capite. i.

Fratres, Benedictus deus & Pater domini nostri Iesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, id est, ante mundi constitutionem.

Qui loquebatur, subaudi in eo. Audientes haec, Excepit, id est, quod postea quam audierunt Stephanum longa oratione petorantem. Dissecabantur, id est, rubeabantur nimia ira. Voce magna, ne verba Stephani audirentur. Continerunt aures, ne talia audirent. Testes, qui lapidabant illum. Qui vocabatur Saul, qui postea cognominatus Paulus. Ex persecutore factus est apostolus. In festo Iohannis Euang.

Benedictus deus & pater. Ex epistola ad Ephesios cap. i. In quo deus ad gratiarum actionem inducit ex beneficiis quae a deo accipiuntur. Deus & pater, duas exprimit personas. Et certam cum dicit, qui benedixit nos: nam benedictio spiritus sancti donum est. In christo, id est, per christum: quia per illum quae si per mediatorem proueniunt nobis dona. Elegit nos in ipso, id est, in filio qui est patris sapientia: per quam nos elegit. Ante mundi constitutionem, id est, ante mundi constitutionem: cuius effectus facta est hoc tempore. In conspectu eius, nam in conspectu hominum possunt videri tales & non esse: cuius modi sunt hypocritae.

EPISTOLAE

In charitate. sine qua nullum est meritum. Per Iesum Christum. cuius fratres nos sumus per adoptionem in ipsum patrem relati. Voluntatis suae qua dependet electio & p̄destinatio. Gratificauit nos. idest gratos sibi fecit. In filio. idest per filium suum. Redemptionem & remissionem peccatorum. & hoc per eius passionem. ¶ Ad missam maiorem.

Qui timet deum faciet bona. Ex ecclesiastico capite. xv. In quo ponitur accipite sapientie fructus: & primo quibus conceditur: hoc est deum timere. Cōtinētia iusticiā. idest iusticiā tenēs. Apprehendet illam. scilicet sapientiam. Obuiauit. idest inueniet illam sibi se offerentem. Honorificata: & ipsa honesta & honestos faciens. A vitiginitate. idest tanquam ipsa sponsam. Panem vite. de quo saluator: non in solo pane uiuit homo. In illo. scilicet deo firmiter inherendo. Continebit illū. scilicet ne cadat. Os eius. ad docendū populū. Stola gloriā. uelut sacerdotali. apud Romanos stola uelut erat matronarum. in signū castitatis. Cetera patēt.

¶ In festo sanctorū Innocentiu. a.

Vidi supra montē sion. Ex apocalypsi Ioannis capite. xiiii. In quo describitur. quo pacto Ioannes uidit agnum: idest Christum stipatum multis. in sanctorum. Montē sion per quem intelligitur ecclesia triumphās. Centū quadraginta tribu. hoc est ex qualibet tribu duodecim millia. Nomē eius. scilicet agni.

tionem; ut essem? sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui p̄destinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositū uoluntatis suae in laudē gloriā & gratiā suae; in qua gratificauit nos in dilectio filio suo; in quo habemus redemptionem; per sanguinē eius remissionē peccatorū secundū diuitias gratiā eius; quae superabundat in nobis Per Iesum Christum dominum nostrum.

Ad missam maiore. Eccle. Cap. xv.

Qui timet deū faciet bona: & qui continens est iusticiā apprehendet illā; obuiauit illi quasi mater honorificata. Cibauit illum panem uitae & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potabit illum. & firmabitur in illo; & non flectetur; & continebit illū; & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio ecclesie aperuit os eius; & implebit eum dominus spiritu sapientiae & intellectus; & stolam glorię induit eius. Et nomine aeterno hereditabit illum dominus deus noster.

Sanctorū innocentiu. Lectio Apocalypsis beati Ioannis ap. li. Cap. xiiii.

¶ In diebus illis. Vidi supra montem sion agnum stantem; & cum eo centum quadraginta quattuor millia habentes nomen eius; & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. & audiui uocem de coelo tanquam

Et Patris eius. scilicet dei patris. & ex consequenti spiritus sancti. Cytharodorum. id est vocum non confusarum: sed certa harmonia consonantium. Canticum novum. quasi ex nouo testamento concinnatum. Ante sedem. scilicet maiestatis dei. Quattuor animalia & seniores. de quibus supra dictum est. Empti sunt de terra. s. de sanguine christi & suo. Virgines. non so-

voce aquarum multarum; & tanquam vocem tonitruum magni. & vocem quam audiui sicut cytharodorum cytharizantium in cytharis suis. & cantabant quasi canticum novum ante sedem; & ante quattuor animalia. & seniores. & nemo poterat dicere canticum: nisi illa centum quadraginta quattuor milia: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque perierit. Hi empti sunt ex omnibus primis deo & agno. & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei.

Thomae archiepiscopi, Lectio
libri Sapientiae. Cap. iij.

Vitus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna; neque numero annorum computata. Cani sunt autem sensus hominis; & aetas senectutis vita immaculata. Placens deo. factus dilectus; & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius; aut fictio diceret animam illius. Consummatus in breui; expleuit tempora multa. Placita enim deo erat anima illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum; quoniam gratia dei & misericordia est in sanctos illius; & respectus in electos illius.

Translatio sancti Iacobi, Ecclesiastici, Capite. xliij. xlv.

lum integrare corporis: sed etiam continentes & coniuges hoc nomine censeantur. Primitiis deo. i. primi qui pro nomine dei & christi sanguine foderunt: atque ideo gratiores.

In festo Thomae archiepiscopi Cantuariensis.

Vitus si morte preoccupatus. Ex libro sapientiae cap. iij. In quo ponitur praeminentia iustorum qui morte immatura sunt rapti. Praeoccupatus. antequam ad senectutem perueniat. In refrigerio. id est in quiete a presentibus malis. Senectus. quasi dicat: satis diu vixit: qui pie sanctus vixit. Sensus hominis. id est sapientia illius. Vita immaculata. siue illa sit breuis siue longa. Placens deo. unde subdit placita erat deo anima illius. Translatus est. de miseris mundi ad requiem: vixit Malicia. i. corrupta & aduersitates que cogunt homines aliquando degenerare. Fictio. i. simulatio putans esse bonum: quod est malum. In breui. subaudi tempore. Tempora multa. i. opera multorum temporum. De medio iniquitatum. in quas viuendo poterat incidere. Gratia dei in presenti vita & futura.

In translatione beati Iacobi apostoli.

EPISTOLAE

Benedictio dñi sup
caput iusti. Exposita
est supra in vigi-
lia beati Andreæ apli.

¶ In festo Silue-
stri. papæ.

Plures facti sunt sa-
cerdotes. Exposita
est supra in festo bea-
ti Nicolai episcopi.

¶ In festo sancti Hi-
larij episcopi.

Optauit & datus est
mihi sensus. Ex-
posita est supra in
festo sancti Isidori epi-
scopi.

¶ In festo Mau-
ri abbatis.

Beatus vir qui in sa-
pientia. Ex ecclesia-
stico. cap. xiiii. &
xv. In quo agitur de vir-
tutū exercitacione in ordi-
ne ad deum. In sapientia:
quæ est rerum diuinarū
contemplatio. Meditabi-
tur. id est exercebit se. In
sensu. id est sentire. Circa
cūspiccionem dei. id est
quod deus omnia circū-
spicit. Cibauit illū. hoc
interpositis multis ver-
bis infertur cap. xv. sed
iam expositum est in fes-
to sancti Ioanis aposto-
li ad illam maiorem.

¶ In festo Marcelli
papæ & martyris.

Ecce sacerdos mag-
nus. Quæ exposita
est supra in festo
Damasi papæ.

¶ In festo antonij, abba.

Dilectus deo & ho-
minibus. Ex eccle-
siastico. cap. xlv.
& loquitur de laudibus
Mosis: quæ possunt acco-

Benedictio dominisuo. caput iusti. Ideo
dedit illi hæreditatem: & dimisit ei par-
tem in tribubus duodecim: & inuenit gra-
tiam. &c. vt supra.

Siluestri papæ. Beati Pauli ad
Hebræos. Capite. xij.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes se-
cū dū legē. Idcirco q̄ morte prohibēt
p̄manere. Iesus aut̄ eo q̄ maneat. &c. vt sup̄.

Hilarij episcopi & doctoris. Lectio
libri sapientia. Capite. viij.

Optauit & datus est mihi sensus. & inuo-
caui: & venit in me spūs sapientia.
&c. vt supra.

Mauri abbatis. Ecclesiastici.
Capite. xiiij. & xv.

Beatus vir qui in sapientia moralitur.
& qui in iusticia meditabitur: & in sensu
cogitabit circūspiccionem dei. Cibauit illū
pane vitæ: & intellectus: & aqua sapientia
salutaris potauit illum: & firmabitur in illo:
& non flectetur: & continebit illum & non
confundetur: & exaltabit illum apud pro-
ximos suos. & nomine eterno hæreditabit
illum dominus deus noster.

Marcelli papæ & martyris.
Ecclesiastici. Capite. xliij.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis
placuit deo: & inuentus est iustus. &c.
vt supra.

Antonij abbatis. Eccle. Cap. .lv.

Dilectus deo & hominibus: cuius me-
moriam in benedictione est: Similem fe-
cit illum in gloria sanctorū: & magnificauit
eum in timore inimicorū: & in verbis suis
monstra placuit. Glorificauit eum in con-
spectu regum: & iussit illi stare coram po-

modari diuino Antonio. In benedictione. id est in omni bono. In gloria san-
 & eorum. scilicet videndo diuinam essentiam glorificauit illum. hac iam expo-
 sita sunt in vigilia sancti Andree. ¶ In festo Priscæ virginis & martyris. s.
 Sapientia vincit maliciam. Hac iam exposita est supra in vigilia Beatae
 virginis & martyris. ¶ Fabiani & Sebastiani martyrum.

pulo suo; & ostendit illi gloriam suam. In fi-
 de & lenitate ipsius sanctum fecit illum; &
 elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vo-
 cem ipsius; & induxit illum in nubem; & dedit
 illi cor ad precepta; & legem vite & disciplinæ.

Priscæ virginis & martyris. Lectio
 libri Sapientie. Capite. viij.

Sapientia vincit maliciam; attingit ergo
 Sagine usque ad finem fortiter. & c. vt supra.
 Fabiani & Sebastiani martyrum.

Lectio epistolæ beati Pauli
 ad Hebræos. Cap. xi.

FRatres. Sancti per fidem vicerunt re-
 gna; operati sunt iusticiam; adepti sunt
 repromissiones. Opturauerunt ora leonum;
 extinxerunt impetum ignis; effugauerunt
 aciem gladii. Conuauerunt de infirmi-
 tate; fortes facti sunt in bello; castra verte-
 runt exterorum; acceperunt mulieres de re-
 surrectione mortuos suos. Alij autem diste-
 ti sunt; non suscipientes redemptionem; vt me-
 liorem inuenirent resurrectionem. Alij ve-
 ro ludibria & verbera experti; insuper &
 vincula & carceres. Lapidati sunt; secti sunt;
 tentati sunt; in occisione gladii mortui sunt;
 circumierunt in mellotis; & in pellibus capri-
 nis. Egentes; angustiati; afflicti; quibus di-
 gnus non erat mundus. In solitudinibus er-
 rantes; & in montibus; & in speluncis; & in
 cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fi-
 dei probati inuenti sunt. In christo iesu do-
 mino nostro.

Sancti per fidem vicerunt
 regna. Ex ecclesiastico capite. xi. in
 superiori parte enunera-
 uit copiosos viros ex iu-
 dicibus, regibus, & pro-
 phetis. nunc infert. Qui
 per fidem. quod est opus
 fortitudinis. Iusticiam.
 cui reliquæ omnes virtu-
 tes conexas sunt. Reprom-
 missiones. scilicet factas
 patriarchis. Ora leonum.
 quod de danieli scribitur.
 Danielis. vi. Impetum
 ignis. vt in tribus pueris
 Danielis. iij. Aciem gladii.
 quod saepe fecerunt du-
 ces iudices. & reges israel
 & iuda. De infirmitate.
 vt Ezechia rege. Esaiæ.
 xxxviiij. Castra exterorum.
 id est alienigenarum. vt
 Iosue & David. Mortuos
 suos. vt mulier Sarepta
 pro oratione Helie.
 & Sunamitis per Helie
 filium. Distenti sunt. in tor-
 mentis positum. Redemptio-
 nem. in futura gloria. La-
 pidati sunt. vt naboth. iij.
 Regum. xxi. Secti sunt.
 vt Esaias propheta serra
 lignea. Tentati sunt. ad
 idolatriam. In mellotis. i.
 vestibus ex pelle ouium.
 aut forte melium. Non
 erat mundus. quem odio
 habebant & fugiebant.
 Cetera patent.

¶ In festo Agnetis vir-
 ginis & martyris.

M iij

EPISTOLAE

Quigloriatur indomino. Ex. ij. ad Corinthios epistola cap. x. & xi. atq; omnia in deum esse referenda ostendit: neq; aliunde gloria esse petendam. Commendat. id est laudat gloriando de bonis. Commendat. commendabilem facit per miracula. Sustineretis. id est dissimularetis in aliquo vobis videor insipiens. Aemulor vos. quia est ambiguum ad bonum & malum. ideo subdit dei emulationem. De spodi vos. scilicet quotempore ad nuptias vestras cum christo per fidem & baptismum conciliatis. Exhibere. id est exhibendum christo. Vigilem castam. id est vos quasi virginem integram & virtutibus ornatam. & hoc facite ad festum. huius virginis.

In festo Vincentij mar.

Memor esto domini nostri. Ex epistola secunda ad Timotheum capite partim. ij. partim. iij. Imprimis itaq; gloria celestis praedicatoribus promittitur per christum resurgentem: quae est causa nostrae resurrectionis. Euangelium meum. id est quod ego praedicaui vobis. Ad vincula. id est carcerem in quo nunc sum. Male operans. id est nocens & criminosus. Non est alligatum. quia etiam in carcere docebat. Propter electos. id est electorum salutem. Fidelis servus. id est verus est. Tu autem. Timotheum hortat: ut firmiter praestet in euangelij veritate. Meam doctrinam. scilicet intelligendo. Institutionem. id est mores quos instituit. Propositum. de fidei praedicatione. Fidem. scilicet articulo- rum. Longanimitatem. id est praemissam dilectionem. scilicet & proximi. Patientiam. in adversis & persecutionibus tollerandis. Anthiochia. quae est Pisi- diae civitas. nam alia est ad orientem quae magna:

Agnētis virginis & martyris. Beati Pauli ab Corinthios. ij. Cap. x.

Fratres. Qui gloriatur in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat; ille probatus est; sed quem deus commendat. Unam sustineretis modicum quid insipientiae meae; sed & supportate me. Aemulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos uni viro; virginem castam exhibere christo.

Vincentij martyris. Pauli ad Timotheum. ij. Cap. ij. & iij.

Charissime. Memor esto dominum nostrum Iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum euangelium meum; in quo laboro usque ad vincula quasi male operans. Sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos; ut & ipsi salutem consequantur: quae est in christo Iesu cum gloria caelesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam; institutionem; propositum; fidem; longanimitatem; dilectionem; patientiam; persecutiones. Illiones quasi mihi facta sunt Antiochie. Id est iij. Liris. Quales persecutiones sustinui; & ex omnibus eripuit me dominus. & omnes qui volunt pie vivere in christo Iesu persecutionem patientur.

Ille fonsi episcopi. Lectio libri Sapientiae. Capite vij.

cognominat. Iconio & Latriis. de quib⁹ in actib⁹ ap̄tos capite. xiiij.

O Pravi: & datus est mihi sensus. Tam exposita est supra in festo sancti Isidori episcopi. ¶ In festo Balbige & trium puerorum.

O Pravi & datus est mihi sensus. Et in uocauit: & venit in me spūs sapiētię. &c. vt supra.

Balbige & trium puerorū. L. 10. libri Sapientię. Capite. iij.

Iustorū aīę in manu deī sunt: & non tūge. Illos tormētū malicię. Vili sunt oculis insipientiū mori: & exāmata est afflictio exitus illorū. Et ab itinere iusto abierunt in ex terminiū. & q̄da nobis i. et extermini: illi autē sunt in pace. Et si corā hominib⁹ tormēta passi sunt: spes illorū imortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponent. Quā deus tentauit eos: & inuenit illos dignos se. Tanq̄ aurū i fornace pbauit illos: quasi holocausti hostiā accepit eos: & in tēpore erit respectus illorū. Fulgebūt iusti: & tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt. Iudicabunt nationes: & dñabuntur populis: & regnabit dominus illorum in perpetuum.

In cōuersione sancti Pauli: Actū apostolorum. Capite. ix.

In dieb⁹ illis. Saulus adhuc spirās minarū & cędis in discipulos dñi: accessit ad principē sacerdotū: & petijt ab eo ep̄las in Damascū ad synagogas: vt si quos inuenisset hui⁹ vię viros ac nauieres uinctos pduceret in Ierusalē. Et cū iter faceret: contigit vt ap̄proquināret. i. Damasco. & subito circūfussit eū lux de celo: & cędis i terrā audiuit vocē dicētē sibi. Saule saule q̄ me psequeris: Qui

Iustorū animę in manu deī sunt. Ex libro Sapientię. cap. iij. In quo ostendit qd mors iustorū: & si vulgo putatur ignominiosa: apud deū est glōsa. In manu deī. in cuius manū cōmēdam⁹ spm nostrū. Tormētū malicię. in originali tormētū est mortis. hoc ponē quā mali patietur. apud inferos. Mori. i. animā cū corpore illorū ex tinguat. Exiit⁹ illorū. id est mortē esse miserā. Ab itinere iusto. i. a viā rectā nō illi illis p̄ficiēte abierūt in interitū opinione illorū. Illi autē qui sic putant exterminati. In pace. i. in requie & gloria. In paucis. q̄ nō sunt multa huius vię mala illorū bonorū q̄ expectantur cōparatiōe. Tentauit eos. i. experiri voluit an essent ipso digni. Aurū i fornace. qd ita purius euadit. Holocausti. cui⁹ odor ad deū erigit. In tēp. qm̄ resurgēt & fulgebūt nationes cū ap̄tis vt saluator dicit

¶ In cōuersione. i. Pauli. Saul⁹ adhuc spirans. Ex actib⁹ ap̄tos cap. ix. In q̄ agē de cōuersione Pauli ex p̄secutore in xp̄i ap̄tm. Spirās minarū. i. minas. Ecce dis. i. cędis: & cōstruēctio gręca in huiusmodi verbis cū genitiuo. Accessit. nō p̄

uocat⁹: sed vltro. Ep̄las. ex quarū autoritate possēt q̄stionē exercere. In Damascū. Siritic. ciuitatē nobilē. Hui⁹ vix. i. doctrinę xp̄iane. Saule sau. i. gręco.

EPISTOLAE

Saul saul. quo nomine fuit hebrorum rex primus. sed postea formatione latina factus est saulus: deinde Paulus: quem psequeris. scilicet in membris meis. Contra stimulum. Ex puerbio dictum est etiam apud Terentium celebratum contra stimumulum calces. Comitabantur cum eo. Ego dicerem comitabantur eum. Trahentes. scilicet qui eum comitabantur. Nominem Ananias. qui ex iudaeis factus erat christianus. de quo Actuum. xxij. In visu. in somno. Rectus. quia sunt & vici in vrbibus obliqui. Iude. ad quem Paulus diuerterat. Tharsensem. ex tharsyrbre Siciliae. Et vidit Paulus. in visione non solum virum: sed nomen quoque illius didicit. Vas electionis. quia quemadmodum sunt vasa quae fiunt in usus fortidos puta scalphium: trulla: matella. ita alia eliguntur in usus honestos puta qui sunt altaris ministerio comparata. Portet nomen meum. predicant Christianam religionem. Ostendam illi. per experientiam. Quanta. quam multos labores & pericula. Implearis spiritu sancto. per baptismum. Tanquam squamae. scilicet piscium. hoc est pustulae siue scabrae. Huc. i. Antiochia.

¶ In festo Brigidae virginis.

dixit. Quis es domine? & ille. Ego sum iesus quem tu psequeris. Ductum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens: dixit. Domine quid me vis facere? Et dominus ad eum. Surge & ingredere civitatem: & ibi dicei tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti: audientes quidem vocem: neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra: aperti sunt oculis nihil videbant. Ad manus autem illi trahentes: introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videntem: & non manducavit: neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias. & dixit ad illum in visu dominus. Anania. Ad ille ait. Ecce ego domine. & dominus ad illum. Surge & vade in vicum qui vocatur rectus: & quere in domum iude Sauli nomine Tharsensem. Ecce enim orat. & vidit virum Ananiam nomine introeuntem: & imponentem sibi manus: ut visum recipiat. Respondit autem Ananias. Domine audivi a multis de viro hoc: quanta mala sanctis tuis fecerit in Ierusalem. & hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus. Vade: quoniam vas electionis est mihi iste: ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. & abiit Ananias: & introiit in domum: & imponentem ei manus dixit. Saul frater: dominus misit me Iesus: qui apparuit tibi in via qua veniebas: ut videas & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamae: & visum recepit. Et surgens baptizatus est. & cum acco-

Domine deus meus exaltasti. Ex ecclesiastico capite li. In quo laus & gloria cum gratiarum actione deo datur: confitendo iniquam vitæ propteritatem. Deffluenti. in quam deffluimus: aut illa in nos. Deprecatum. vt habeam finem bonum. Patrem domini mei. id est Mellitæ. Veniunt. Tribulationis. id est mortis. Superborum. demones intelligit eo tempore

passet cibum: confortatus est. Fuit autem et discipulis qui erant Damasci p dies aliquot. & continuo ingressus in synagogas: prædicabat Iesum: quoniam hic est filius dei: superbebant autem omnes qui eum audiebant: & dicebāt. Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit: vt victos illos duceret ad principes sacerdotum: Saulus autem multo magis conualescebat & confundebat iudeos qui habitabāt Damasci: affirmans quoniam hic est christus.

Brigidæ virginis. Ecclesiastici. Cap. li.

Domine deus meus: exaltasti super terram habitationem meam: & promonte defluenti deprecatus sum. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis meæ: & in tempore superborum sine adiutorio. Lauda bo nomen tuum assidue: & collaudabo illud in confessione: & exaudita est oratio mea. Libera stime de perditione: & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor: & laudem dicam nomini tuo. dñe de⁹ noster.

Ignacij episcopi & martyris.

Ecclesiastici. Capite. xxxi.

Beatus vir qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit: nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic & laudabimus eum: Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo: & perfectus. inuentus est: & erit illi gloria æterna.

superbientes: & criminata. Assidue. id est oris congruentibus. Exaudita est. id est sic facietur exaudietur. De perditione. scilicet gehenna. De tempore iniquo. de hac vita inquitatibus obnoxia.

In festo beati Ignacij episcopi & martyris.

Beatus vir qui inuentus est. Ex ecclesiastico capite. xxxi. vbi legitur beatus dicitur. vbi autor diuitem immaculatum commendat: quod rarum est & difficile vnde in euangelio saluator facili⁹ (inquit) est camelum per foramen acus intrare: quam diuitem in regnum colorum. Post aurum. per auariciam. Sperauit. confirmando in ea. finem suum. Quis est hic quasi dicat: rarus est inuentus. Mirabilia. quia nihil aliud est mirabile nisi quod raro contingit. Probatus in illo. scilicet auro. Pernit transgredi. quia diuites sunt instrumenta ad male agendum. Bona illius. nam pro temporalibus accipit æterna. Ecclesia sanctorum. quia misericordia filius. ab omnibus laudabitur.

In festo purificationis beate Mariæ virginis.

EPISTOLAE.

Ecce ego mitto angelum meum. Ex malachia propheta capite. iij. In quo precipue agitur de christi aduentu atq; eius præcurfore Ioãne baptista & de pñsentatione in templo quod festum dicitur purificationis. Mitto angelum meum. id est Ioannem nuncium siue præcurforem. Ante faciem tuam. ad christum dirigitur sermo. Siue meam. quia eadem est diuinitas patris & filij. Veniet ad templum. hoc facit ad testum. Testis auti. falsi cernunt. Et venit. provent. ead. iudicium finas. Stabit. id est stare poterit præfulgore. Herba fullonum. quæ in Hieremia dicitur Borith. Hic panis xabonera. Emundās argentum. a. animas quasi argentum. Filios leui. i. sacerdotes. Colabit eos. a. mundabit quasi per colum. Dies seculi. id est sacrificiū antiquū Abel iusti. Cetera patet.

¶ In cathedra. s. Petri.

Petrus apostolus Iesu christi. Ex prima Petri epistola capite. i. nam duas scripsit epistolas: quarum hanc primam scribit ad eos qui de gentilitate fuerant conuersi: ideo dicit aduentis. potest fieri ut fuerint hebrei: camē peregrini: quia dicit dispersionis. Ponti galatię. omnes hæ regiones sunt Asię maioris: ad quās nunc siluanus proficiscetur. Secundum præficientiam. hoc refertur ad illud quod dixit electis. Spiritus. scilicet sancti: cui attribuitur sanctificatio. In obedientia. quia fuit obediens patri usque ad mortem: Et asperisionem. unde omnia sacramenta efficiam habent. Gratia vobis. ver-

Qui potuit transgredi. & non est transgressus: & facere mala: & non fecit. Ideo stabilita sunt bona ipsius in domino: & eleemosynas illius enarravit omnis ecclesia sanctorum.

Purificatio beatæ Mariæ virginis. Lectio Malachię prophetæ. Cap. iij.

Hæc dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum: & præparabit viam ante faciem tuam. Et statim veniet ad templum sanctum tuum dominator quem vos queritis: & angelus testamenti quem vultis. Ecce venit. dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius: Et quis stabit ad videndum eum: ipse enim quasi ignis consumans: & quasi herba fullonum. Et sedebit consumans: & emundās argentum: & purgabit filios leui. & colabit eos quasi aurum: & quasi argentum: & erunt domino offerentes sacrificia iusticia. Et placebit domino sacrificiū iuda & Ierusalem: sicut dies seculi: & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

Cathedra sancti Petri. Lectio beati Petri apostoli. prima. Cap. i.

Petrus apostolus Iesu christi electis adueniens dispersionis Ponti. Galatię: Capadocię: Asię: & Bithinię secundum præficientiam dei patris in sanctificationem spiritus: in obedientia & asperisionē sanguinis Iesu christi gratia vobis & pax multiplici. Benedictus deus: & pater domini nostri Iesu christi. qui secum dum magnam misericordiam suam regenerauit nos in

ha sunt salutis. Ionis in epistolarum principijs. Benedictus deus. prosequitur epistolam. Regenerauit nos. per baptismum. In spem vitam. id est certam & solidam. Per resurrectionem. unde habemus spem resurgendi. In hereditatem incorrupti. id est quæ nunquam terminatur. In vobis. id est pro vobis. Custodimini per fidem. perseverantes in bono. In tempore nouissimo. id est in finali iudicio. in quo omnia occultare reuelabuntur. In quo exultabitis. æternaliter. Modicum nunc. id est temporaliter. Probatio fidei dei. In tribulationibus. Quod per ignem probatur. sicut vos probamini per tentationes. Inuentur. id est cedit vobis in laudem. &c. In reuelatione Iesu christi. id est iudicij. diximus.

spē vitę æternę p resurrectionē iesu xp̄i ex mortuis in hæreditatē incorruptibilē & incontaminatā; & imarcessibilē; cōseruatā in coelis; in vobis q̄ in virtute dei custodimini p fidē; in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo. In quo exultabitis modicū nunc; si oportet cōtristari in varijs tērationibus; vt p̄batio vitę fidei multo preciosior qd̄ p̄ ignē p̄bat. vt inueniat̄ in laudē & gloriā; & honorē & reuelationē Iesu christi dñi nostri.

In festo. s. Helene. Proverb. Cap. xxxi.

Mulier forte quis inueniet? p̄cul & de vltimis finibus precij ei⁹. Cōfidit in ea cor viri sui; & spolijs non indigebit. Reddet ei bonū & nō matū; omnib⁹ dieb⁹ vitę suę. Quasi sicut lana & linū; & operata est cōsilio manū suarū. Facta est quasi nauis inuictoris d̄ ioge portās panē suū. De nocte surrexit; de die p̄redā domesticis suis; & cibaria ancillis suis. Cōsiderauit agrū & emit eū; de fructu manū suarū plantauit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos; & roborauit brachiū suū. Gustauit & vidit qm̄ bona est negociatio eius; non extinguetur in nocte lucerna eius. Manū suam misit ad fortia; & digiti eius apprehēderunt fulsum. Manū suā aperuit inopi; & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domū suā a frigoribus nivis; omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.

rexit. i. summo mane: vt cōparet cibos familiae. P̄redam. in hebreo habeturannonā. Agrū. ap̄tū plantationi. Manū suarum: quem aliūde lucrata: est. Lumbos suos. i. libidinem repressit. Brachium suū. ad fortiter agendū.

uissimo. id est in finali iudicio. in quo omnia occultare reuelabuntur. In quo exultabitis. æternaliter. Modicum nunc. id est temporaliter. Probatio fidei dei. In tribulationibus. Quod per ignem probatur. sicut vos probamini per tentationes. Inuentur. id est cedit vobis in laudem. &c. In reuelatione Iesu christi. id est iudicij. diximus.

In festo sanctę Helene.

Mulierem fortem quis inueniet?

Ex libro proverborum Salomonis. capit. xxxi. quæ sit hæc mulier fortis inter expositorum non satis constat: sed prima fronte videtur Salomon intelligere probam matronam atque scilicet familiaris prouidam gubernatricem. Quis inueniet. quasi dicat tantū bonum: raro potest inueniri. Precium eius. quæ huiusmodi mers p̄ciola est. Non indigebit. quæ donū habebit supellectili cuncta ornata. Ei bonum. i. sp̄so suo. Lana & linū. i. materiam unde faciat vestes & supellectilia.

Cōsilio. i. arte tenendi & texedi. Nauis inuictoris. id est mercatoris alioque portatis merces suas. Surrexit. i. summo mane: vt cōparet cibos familiae. P̄redam. in hebreo habeturannonā. Agrū. ap̄tū plantationi. Manū suarum: quem aliūde lucrata: est. Lumbos suos. i. libidinem repressit. Brachium suū. ad fortiter agendū.

EPISTOLAE

Negotiatio. in q̄s qua supra memorauit. In nocte. per qua potest intelligi mors. Ad fortia. in hebreo est ad veribulum. hoc est circuli qui fuso aperpenditur. A frigidibus n̄is. idest ab hyem̄. Duplicibus. indumentis duplicatis. Stragulatam vestem. idest qua sterni possint in lecto. aut in solo. aut mensa. Byssus. genasini. Purpura. qua byssus inficitur. Nobilis. quia ex vxore honor illi accedet. Canango. hic p̄mercatore ponitur: alioqui nomen est patris. In die nouissimo. idest iudicij. Gratia & p̄chritudo. q̄ dotes in muliere cum gratie fluat. Laudabitur. scilicet sine fine. In portis. vbi est hominum cōcurfus frequens.

In festo Gregorij p̄p̄e. Confessionem sancto suo & excello. Ecclesiastico capite. xlvij. In quo loco autor laudes David regis p̄sequitur. quae post sunt accommodari pontifici Gregorio: dicens. In omni opere dedit confessionē sancto. i. deo q̄ sanctus sanctorū est. In verbo glorie. idest gloria de omnibus attribuendo. Dedit potentiam. scilicet deus ipsi David: aut q̄ David ipsum deū dixit potentē & sibi adiutorē. Catores. quos David instituit cum holocaustū. & res diuina peragebat. Modos. i. modulationes psalmodum. dedit deus. idest honores. Orauit tēpora. idest festa per annū digesta. Christus. i. deus & homo. Peccata ipsius. scilicet David aduertia & homicidia. Cornu ipsius. idest regni potentia & dignitatem. Quae sequuntur ab eundem sunt & patet.

Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentū eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terrę. Sindonem fecit & vēdidit: & cingulum tradidit: canango. Fortitudo & decor indumentum eius. & videbit in die nouissimo. Os suū aperuit sapientiae: & lex clementiae in lingua eius. Cōsiderauit semitas domus suae: & panem ociosa non comedit: Surrexerūt filij eius: & beatissimam prædicauerunt: & vir eius laudauit eam. Multę filiae congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia: & vana est pulchritudo: mulier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.

Gregorij pappae. Ecclesiast. Cap. xlvij.
Dedit dominus confessionē sancto suo: & excello in verbo glorie. De omni corde suo laudauit dominū: & dilexit deū qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam. Et stare fecit cantores contra altare: & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationib⁹ decus: & ornauit tempora vsq̄ ad consumationē vitę. Christus purgauit peccata ipsius: & exaltauit in æternum cornu eius. Sapientia laudabit animam suam: & in domino honorificabitur. & in medio populisui gloriabitur: & in plenitudine sancta admirabitur: & in multitudine electorum habebit laudē: & inter benedictos benedicetur.

¶ In festo Gabrielis archangeli:

Ecce vir Gabriel. Ex daniele propheta capite. ix. In quo post orationem Danielis ponitur reuelatio illi facta per gabrielem. Vir gabriel. idest angelus in specie viri. A principio, scilicet in capite precedens. Tetigit me. idest excitauit. Sacrificij vesperini. nam per totam die orauerat vsq; ad vesperam.

Gabrielis archangeli. Lectio

Danielis prophete. Cap. ix.

Ecce vir Gabriel: quem videram in visione a principio: cito volas tetigit me: in tempore sacrificij vesperini & docuit me: & loquutus est mihi: dixitq;: Daniel nunc egressus sum: vt docerete: & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni vt iudicarem tibi: quia vis desideriorum es. Tu vero animaduerte sermonem: & intellige visionem. Septuaginta hebdomadae abbreviate sunt super populum tuum: & super urbem sanctam tuam: vt consumeretur preuaricatio: & finem accipiat peccatum: & deleatur iniquitas: & adducatur iusticia sempiterna: & impleat visio & prophetia: & vngat sancti scilicet.

Georgij martyris. Lectio libri

Sapientiae Proverbiorum.

Capite. x. & xi.

Expectatio iustorum in laetitia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis via domini: & pauor his qui operant malum. Iustus in aeternum non commouebit: impij autem non habitabunt in terra. O iusti parurit sapientia: & lingua prauorum peribit. Labia iustorum considerant placitum: os autem impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruerforum vastabit illos. Iusticia rectorum liberabit illos: & in insidijs suis capiuntur iniqui. Iustus de angustia liberatus est: & tra-

Egressus sum. s. a deo & veni ad te. Egressus est sermo. idest dei sententia de futuris. Vir desideriorum. idest desiderans scire futura. Animaduerte. illud facit beniuolum & certum. Septuaginta hebdomadae. est hebdomada septem dierum: septem mensium: septem annorum. lxx. annorum: sicut hoc in loco. vbi per septuaginta hebdomadas intelligunt quadragesimam nonaginta annis vsq; ad christi aduentum. Abbreviate sunt. idest registratae in dei presentia. Finem accipiat peccatum. per christi passionem. Prophetia. scilicet de christo predicta. Vngatur sanctus. vnde messias interpretatur vnctus.

¶ Georgij martyris.

Expectatio iustorum in laetitia. Ex libro proverbiorum. cap. x.

In quo Salomon filium instituens continet praecipua & admonitiones suas. Laetitia. quonia beatitudinem sequitur voluptas. (vt Aristoteles libro. x. Ethicorum scribit.) Via domini. u. eius. iusticia simplicitas piam do. Non commouebitur a stabilitate virtutis. O iusti alios docendo. Placita deo. & visus bonis. Diriget eos. s. in beatitudinem. Supplantatio. qua

EPISTOLAE.

decipiunt simplices. Iusticia rectorum. subaudi iudicium. Iustus de angustia. sicut David & alij sancti. Impius. sicut Absalō propt̄ impietate in patre. Simulator ore. idest hypocrita adulator. Scientia. per quam sciunt desistuerē inter amicum & adulatorem. In bonis iustorum. idest qui procurat̄ reipublice utilitate. Erit laudatio. quia laudabitur qui perdidit impios. Benedictio iustorum. idest oratione.

In festo Marci euang.

Similitudo vultus quatuor animalium. Ex

Ezechiele propheta capt. vi. In quo ponitur visio p̄sentis & quatuor animalium: per quos intelligimus quatuor euangelistas. quorum vnus est Marcus q̄ vitulo assemilatur. A dextris. a parte dextra respectu prophetae visionem videns. Facies aquilae. q̄ erat desuper in parte superiori. Extente desuper. quia videbantur respicere in extremitatibus. Duæ. q̄ non erant extente ad volandum. Ambulabant. non circumagendo corpus. Quasi carbonum ignis. idest fulgētia quasi ignis ex carbonibus. Lampadarum. idest fascium ardentium. Hæc erat visio. scilicet ignis & fulgur erumpens ex medio:

In festo sancti Petri martyris.

Nemo militans deo. Ex epistola. ij. ad Timotheum cap. ij.

Nemo militans deo. in officio alios docendi. Cui se probauit. idest approbati voluit: cuius seruis

detur: impius pro eo. Simulator ore decipit animum suum: iusti liberabitur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: & in p̄ditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exultabitur ciuitas.

Marci euangelistae. Lectio

Ezechie prophetae. Cap. i.

Similitudo vultus quatuor animalium:

Facies hominis & facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor. Et facies aquilae: de super ipsorum quatuor. Et facies eorum & pennae eorum extente desuper. Duæ p̄ne singulorum iungebantur; & duæ tegebant corpora eorum. Et vnusquodq̄ eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus: illuc gradiebantur: neq̄ reuertebantur cū ambularent. Et similitudo animalium; & aspectus eorum: quasi carbonum ignis ardentium: & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium. Splendor ignis: & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant: & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

Petri martyris. Beati Pauli ad

Timotheum. ij. Capite. ij.

Nemo militans deo: implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone: non coronabitur: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primū de fructibus accipere: (Intellige quæ dico.) Dabit enim ei



elo se sequunt: In agone, in ludis olympicis vbi victores coronantur: & ita in nostra religione. Laborantem agricolam, exemplo agricolę dicitur predicatorem: vbi laborat: in dē debere victum accipere. Intelligit quia dico, quia loquor tibi in figuris & exemplis. Memor esto, premium laborantibus proponit. Secundum euangelium meum, quod accepti a christo predicandum.

bi deus in omnibus intellectum. Memor esto dominū Iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euāgelium meū in quo laboro vsq; ad vincula: quasi male operās. Verbum deī non est alligatum. Ideo omnia subitincō propter electos: vt & ipsi salutem consequantur: quæ est in christo Iesu cum gloria cœlesti.

Philippi & Iaco. Lctō libri Sapiē. Cap. v.

Tabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt: & qui abstule, ut labores eorū. Vidētes turbabunt in timore horribili: & mirabantur in subitane in spata salutis: gemētes p̄ angustia spūs dicētes intra se. p̄ceniētā agētes: & p̄ angustia spūs gementes. Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum: & in similitudinē impropertij: Nos in sensati vitam illorum aestimabimus insaniam: & finē illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: & inter sanctos fors illorum est.

Inuentio sanctæ Crucis. Beati

Pauli ad Galatas. Cap. v. & vi.

FRatres. Cōfido de vobis in domino: quod nihil aliud sapietis. Qui autem cōturbat vos: portabit iudicium: quicūq; est ille. Ego autem si circumcisionem adhuc prædico: qui tadhuc persecutionem patior:

Cōfido de vobis in dño. Ex epistola Pauli ad Galatas. cap. v. & vi. In quibus dicit ap̄s se bene de galatis sperare: & quod monitiones suas seruabant. Nihil aliud, quā qđ a me vobis p̄dicatum est. Cōturbat vos, dicens qđ sine circumcisione salui esse non potestis. Iudicium, id est p̄nā. Quid p̄secutionē patior, quā nō ob aliā rē persequuntur me iudai.

Vsq; ad vincula. videtur Paulus esse in carcere quod tempore hanc epistolam scripsit. Quasi male operans, id est facinorosus.

Alia exposita sunt.

In festo Philippi & Iacobi

Tabunt iusti in magna constantia. Ex libro Sapientie cap. v. in fine capitis superioris dixit i die iudicii quales erunt mali: nūc vero quales iusti. In magna constantia, cum christo iudicantes. Qui se angustia nocēdo illis. Labores eorū, id est bona quę laborauerunt. Videntes, scilicet cet mali. Mirabantur, scilicet illos quos leserant in gloria positos. In subitane, id est nō speratā salutem subito peruenisse.

Dicētes intra se, non exprobrant tamen qui dicāt. Pœnitentiam, quæ tamē nihil p̄ficiat illis: sed nocet. In derisum, id est quos deridebam. Impropertij, id est opprobrij. In insaniam, id est inprudētia. In sanā, quia contēnebant bona tēporalia. Sine honore, quia moriebantur quāsignominiosi & nocētis. Inter filios dei, quos libi heredes instituit.

In festo inuē. h. crucis.

EPISTOLAE

Scandalum crucis, quia hoc erat quod iudei scđali zabantur: quod praedi-
cabat christum crucifixum: atq; legem Moisaicam auferebat: inducēs chris-
sti nouam. Abscindantur, idest a nobis separentur. Concurbant vos, dicēs
ees circumcisionem necessariam ad salutem. Quicūq; volunt placere, quz
sequuntur sunt ex capite, vi. multis verbis interpositis. In carne, predican-
do legalia simul comenā
gelio. Tantum, idest hoc
faciunt ne iudeos offen-
dant timentes illorū per-
secutionē propter chris-
tum. Legem custodiūt,
quia in plerisq; preuaris-
cāt. In carne uestra, idest
quod fecerint vos p cir-
cūcisionē suę opiniois.
Alia patent.

¶ In Festo Gordiani
& Epimachi.

R Eddet deus merce-
dem laborum. Ex
libro sapientia. ca-
pite. x. In originali ē red-
didit iustis. I. iudeis exēu-
tib9 ex aegypto: quibus
pcepit: vt spoliarent
Aegyptios: quasi iuste
ad facerent pro mercede
suorum laborum. In via
mirabili, idest per siccū
in medio mari. In vela-
mento dei, per nubem.
In luce stellarum, per
ignem. Inferorum, idest
a profunditate maris.

Tulerunt spolia, scilicet
egyptiorum in mari ex-
tinctorū Decatauerunt,
scilicet cāteum illum qđ
scriptum est. Exod. xv.
hoc est cātem9 dño. Sed
offici9 huius cōcinnator
mtravit tempora ex pte
rito in futurum.

¶ In festo sancti Ioānis.
Vltum deduxit dñs.
Ex libro Sapientie, ca-
pite. x. vbi loquitur
de iacob profugo. Nam
in originali habetur, hic

Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vt
nam abscindantur qui vos concurbant.
Quicūq; enim volunt placere in carne:
hi cogunt vos circumcidi: tantum vt crucis
christi persecutionem non patiant: neq; em
qui circumciduntur: legē custodiunt, sed vo-
lunt vos circumcidi: vt in carne uestra gloriē-
tur. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce
domini nostri Iesu christi. Per quē mihi mū-
dus crucifixus est: & ego mundo.

Gordiani & Epimachi. Lectio
libri Sapientia. Capite. x.

R Eddet deus mercedem laborum san-
ctorum suorum: & deducet illos in via
mirabili: & fuit illis in velamento diei: & in
luce stellarum per noctem. Transtulit illos
per mare rubrum: & transiit eos p aquā
nimiam. Inimicos autem illorum demersit
in mare: & ab altitudine inferorū deduxit
illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: &
decantauerunt domine nomen sanctū tuū.
Et victricem manum tuam laudauerūt pa-
riter domine deus noster.

Sancti Ioannis. Lectio libri
Sapientie. Capite. x.

I Vstum deduxit domin9 per vias rectas:
& ostendit illi regnū dei: & dedit illi scien-
tiam sanctorum. Honestauit illum in labo-
ribus: & compleuit labores illius. In frau-
de circumuenientium illum affuit illi: & ho-
nestum fecit illum. Custodiuit eum ab ini-
micis: & a seductoribus tutauit eum: & cers-

autem profugū ire fratris iustum deduxit. scilicet Iacob: & nunc Ixonē. Regnum dei. quando vidit scalam cuius summitas tangebatur cœlium. Sanctorum. scilicet angelorum ascendentium & descendentium. In laboribus seruiēte Laban socero suo. Labores illius. accipiētis loco mercedis vxorū res duas. ab inimicis. a Laban & filijs illius. ex Gen. cxxxi. Certamē forte.

ramē forte dedit illi; vt vinceret; & sciret qm̄ omnium potentior est sapientia. Hæc venditum iustum non dereliquit; sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq; cum illo in foueam; & in vinculis non dereliquit eum; donec afferret illi regni sceptrum & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant; & mendaces ostendit qui maculauerunt illū; & dedit illi claritatē æternā dñs deus n̄r.

Nicomedis & Reueriani. Lectio
ad Corinthios. i. Capite. iij.

FRatres. Spectaculū facti sumus mūdo & angelis & hominib⁹. Nos stulti propter christum; vos autē prudētes in christo. Nos infirmi; vos autem fortes. Vos nobiles; nos autem ignobiles. Vsq; in hāc horam; & esurimus & sitimus; & nudi sumus; & colaphis cœdimur; & instabiles sum⁹; & laboramus operantes manib⁹ nostris. Male dicimur & benedicim⁹. Persecutionē patimur; & sustinemus. Blasphemamur; & obsecramus. Tandē Purgamēta huius mūdi facti sumus oīum peripsima vsq; adhuc. Non vt confundam vos; hæc scribo; sed vt filios meos charissimos moneo in christo iesu domino nostro.

Marcellini & Petri martyrum
Apocalypsis. Capite. vij.

oramus pro blasphemantibus. Purgamenta. i. immunditię. Omnium peripsima. i. putamen siue ramentum a peripso: quod est e radio radis.

¶ In festo sanctorum Marcellini & Petri.

quia luctat⁹ est cū angelo. Genes. xxxij. Vt vinceret. scilicet Esau fratrem suum. Veditum iustum. id est Ioseph. id est Ioseph fratres vendiderunt Ismaelitis. A peccatoribus. i. a fratribus in eum peccantibus. Descendit in foueam. id est carcerē in quē missus est ob simulatū stuprū. Sceptrum & potentiam. quæ illi Pharaon cōmunicauit. Deprimebant. criminantes illum apud regem.

¶ In festo Nicomedis & Reueriani.

SPectaculum facti sumus. Ex prima ad Corinthios epistola capite. iij. In quo apostol⁹ assignat causam quæ conturbabat ut omnibus. Spectaculum. id est monstrum ad quod videndū omnes concurrerant admirantes illorum patientiam. Angelis. quia angelicetiam stupebant. Stulti. opinione male de nobis sentientes. Vsq; in hāc horam; scilicet a tempore quo fidem recepistis. Instabiles sumus. id est non habemus domiciliū stabile. Manib⁹ nostris. quæ Apulus faciebat ne alios grauaret. Male dicimur. quod iubet christiana religio. Blasphemamur. &

EPISTOLAE

Respondens vnus de senioribus. Ex libro apocalypsis. capite. vii. In quo Ioannes instruitur de predictis martyrum nomine. Qui sunt senior ille Ioannē interrogat. Sed Ioannes dicit se nescire: atq; a se-
niore doceri peti. Tu scis. scilicet qui cum illis agis. De tribulatione. scilicet
cet martyrum. In sanguine agni. quem & ipsi pro eius nomine fuderunt. An-
te thronum dei. videtes
eum facie ad faciem. Has
bitabat. q̄a non possunt
ab eo euelli. Nō esuriēt.
id est nullam calamitatē
patient. Ad fontes aqua-
rū. quia dixit de sole &
estur: in quibus homines
ficire cōsueuerūt. Omnē
lachrymam. quia nō ha-
bebunt materiam vnde
possint illachrymare.

¶ In festo sanctorum

Quirici & Iulitæ

IVsti autem in perpetuū uiuent. Ex libro Sapien. cap. v. In quo ponit auro stabilitatē iustorum. Viuent. scilicet uitā gloriosam. Merces eorum. non in hac vita: sed in futura. Ad altissimū. ad quem omnia referūtur. Regnū & diadema. quia regnabūt cū eo coronatī. Reget eos. reponendo in beatitudinē. Brachio suo. quia: preget ne possint amittere felicitatē semel adeptam. Zeli illius. ad vltimos. s. iniquos. Creaturam. i. hominis in vltionē: & que sint arma illa subdit. Pro thorace & galea. q̄a nō poterit desicēti a reuerētiā vlla vi. Scutum inexpugnabile. id est ex alia armaturā dicit. Emisiones. s. fugiarum: q̄ in illos mittētur. In certū locum. quia in-
interitum indubitātū.

IN diebus illis. Respondens vnus de senioribus dixit mihi. Beati qui amicti sunt stolis albis. Qui sunt & vnde venerunt? Et dixit illi. Domine mi: tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de magna tribulatione: & lauerunt stolas suas: & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronū dei: & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno: habitabit super eos. Non esurient: neq; sitient amplius: neq; cadet super eos sol: neq; vllus aestus. Quoniā agnus. qui in medio throni est: reget eos: & deducet eos ad vitē fontes aquarū. Et absterget deus oēm lachrymam ab oculis eorum.

Quirici & Iulitæ. Lectiō li-
bri Sapientie. Capite. v.

IVsti autem in perpetuū uiuent: & apud dominum est merces eorum: & cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnū decoris: & diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua reget eos: & brachio sancto suo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius: & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induent pro thorace iusticiam: & accipiet pro galea iudicij certum. Stant autem scutum inexpugnabile aequitatem: ibunt directæ promissiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noster.

Geruasij & Protasij. Lectiō
ad Romanos. Capite. viij.

¶ In festo Geruasij & Prothasij.

Sciamus quoniam diligenter deum. Ex epistola ad Romanos cap. viij. In quo ostendit quod premium consequantur. & deo adherentes: illum diligenter: quod bonum consequantur. Secundum propositum. id est p̄destinationē. Quos p̄sciuit. i. futuros sanctos. hos p̄destinauit: & non alios. Imagini filij eius: quia in hoc sumus similes: qm̄ heredes dissimiles: q̄a ad op̄. i. ut ille aut per naturam. Ipse primo genitus. nos aut post illū ad op̄. Quos p̄destinauit. ex quo inferi qd̄ nemo venit ad illum nisi a deo tractus. Quid dicemus ad hæc? quasi dicant heremus & nescimus qd̄ dicemus. Si deus pro nobis. subaudi stat sue p̄gnat. Quis contra nos? subaudi erit. quasi dicat nullus. Proprio filio. i. naturali. Tradidit illum. scilicet morti. Cum illo. nam non solum filij um nobis donauit: sed etiā cum illo omnia alia. Quis accusabit? scilicet in die iudicij. quasi dicat: nemo. Qui iustificat. & feret pro electis sententiam. Quis est qui condemnet? nemo quos q̄: quoniam habemus in dicem fauorabilem. Interpellat pro nobis. & ita tollitur omnis causa condemnationis.

FRatres. Scimus quoniam diligenter deum; omnia cooperantur in bonum his; qui secundum propositam vocati sunt sancti. Nam quos p̄sciuit & p̄destinauit cōformes fieri imagini filij sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem p̄destinauit: hos & vocauit. Et quos vocauit: hos & iustificauit: quos autē iustificauit: illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc: Si deus pro nobis; quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei: Deus q̄ iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus; qui mortuus est. immo & qui resurrexit; qui est ad dexteram dei; qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separauit a charitate christi; tribulatio; an angustia; an persecutio; an famines; an nuditas; an periculum; an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die; aestimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum; qui dilexit nos. Certus sum enim; quia neq̄ mors; neq̄ vita; neq̄ angeli; neq̄ principatus; neq̄ potestates; neq̄ virtutes; neq̄ insidie; neq̄ futura; neq̄ fortitudo; neq̄ altitudo; neq̄ profundum; neq̄ creatura alia poterit nos separare a charitate dei; quæ est in christo Iesu domino nostro.

Quis ergo concludit ex superioribus adhaerendum esse christo. Sicut scriptum est. psalmo quadragesimo tertio. Mortificamur. i. ad mortem per tormenta ducimur. Propter eum qui dilexit nos. scilicet propter christum. Quæ sequuntur clara sunt.

EPISTOLAE

¶ In vigilia sancti Iohannis.

Factum est verbum domini ad me. Ex Hieremia ppheta capite. i. quod de Hieremia hoc in libro dicitur: accommodantur iohanni baptista. Priusq; te formarem. verba sunt dei ad Hieremiam. Noui te. & noticia predestinationis. Sanctificauit te. purgando ab originali peccato. Prophe- tam. id est officium pro- phetandi dedi. *A. a. a.* ver- ba sunt Hieremia: excus- fantis se ab eo munere: & est interiectio recusantis. apud hebreos duaru syl- labaru. Puer sum. infans. non potens loqui. Misit manum suam. hoc visum est pphete visione ima- ginaria. Super gentes. no- solum super hebreos. sed etia super gentiles. Euel- las. disperdas. & c. i. denu- cias euellada & disperde- da: & eodem modo quae sequuntur.

¶ In die festo san- cti Iohannis.

Primus. ad siō dicit. Ex. Esaiā. propheta partim. xli. & para- tim. xliij. & ad litterā exa- ponitur. in liberatione po- puli israelitici. de capti- uitate Babylonis. Pri- mus. id est deus qui est pri- mus & nouissimus. Ad- sion. ad habitatores Ieru- salem. Adsum. vt uoliz- berem. Euangelistam. i. bonum annunciantem. hoc est propheciā. Ecce seruus meus. hoc ex capi- te. xli. de christo commo- dius intelligitur. quē ser- uum. uocat: quia. homo est. Spiritum meum. ple- nitudinem gratiae spiri- tus sancti. Non clama- bit. contentiose. Vox foris. quia non praedicat. uit nisi iudeis: quia mis- sus est ad oues. quae perire.

In vigilia sancti Iohannis baptiste.

Hieremiae pphete. Cap. i.

In diebus illis. Factum est uerbum domi- ni ad me: dicens. Priusq; te formarem in utero noui te: & antequam exires de vul- ua sanctificauit te: & prophetam in gentib; dedi te: & dixi a/a/a/ domine deus. Ecce ne scio loqui: quia puer ego sum. Et dixit domi- nus ad me. Noli dicere quia puer ego sum: quoniam ad omnia quae mittam te ibis. & uniuersa quae madauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum: & eruam te: dicit dominus. Et misit domi- nus manū suam: & tetigit os meum. Et dixit do- minus ad me. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie sup gētes: & sup regna: ut euellas: & destruas: & disperdas: & dissipes: & aedifices: & plantes. Dicit do- minus omnipotens.

In die sancti Iohannis baptistae.

Esaiā pphete. Cap. xli. & xliij.

Haec dicit dominus deus. Primus ad sion dicit: ecce adsum: & Ierusalē euā- gelistam dabo. Ecce seruus meus suscipiā eum: electus meus complacuit sibi in eo ani- ma mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet. Non clama- bit: nec accipiet personam: nec audietur fo- ris uox eius. Calamum quassatum non cō- teret: & lignum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium. Non erit tristis nec turbulentus: donec ponat in terra iudicium

rum de israel. Calamum quassatum. id est populum gentilem. Lignum fumigans. id est populum iudaicum. Educet iudicium. id est iudicabit. In insule habitatores insularum. ut Cyprus, Sicilia, Rhodus. Creans coelos. quia sic cut coelum creauit: ita & hominem saluabit. Flatum. id est spiritum in vitale. Vocauit te in iusticia. quia christus factus est pro peccato Adam: quod fuit

opus iusticiae. In foedus populi. quia eius sanguine firmatum est testamentum: & pactum hominis cum deo. Lucem gentium. de qua Lucas. Lumē ad reuelationem gentium. Contabuerunt. hoc ex. xvi. capite sumptum est. Conterita sunt. id est idola. Anima eorum. id est sacerdotum: qui in captiuitate sunt ducti. Qui portamina a meo utero. id est qui vobis afficior: vobis qui filii quos genui. Vtq; ad canos. id est vltq; ad senectutem. Assimilastis me. fabricandis idola. Redemptor noster. hoc altunde sumptum est.

opus iusticiae. In foedus populi. quia eius sanguine firmatum est testamentum: & pactum hominis cum deo. Lucem gentium. de qua Lucas. Lumē ad reuelationem gentium. Contabuerunt. hoc ex. xvi. capite sumptum est. Conterita sunt. id est idola. Anima eorum. id est sacerdotum: qui in captiuitate sunt ducti. Qui portamina a meo utero. id est qui vobis afficior: vobis qui filii quos genui. Vtq; ad canos. id est vltq; ad senectutem. Assimilastis me. fabricandis idola. Redemptor noster. hoc altunde sumptum est.

Ad missam maiorem. Esaiæ prophetae. Capite. xlix.

HAEC dicit dñs. Audite in insule: & attendite populi de longe. Dñs ab utero vocauit me; de vtre matris meae recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suae protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu israel: quia in te glorior. Et nunc haec dicit dñs. Formans me ex utero seruum tibi. Dedit te in lucem gentium: ut sis salus mea

¶ In eodem festo ad missam maiorem.

Audite in insule & attendite. Ex Beata prophetarum. xlix. Haec prophetia de christo etiam in sensu litterali exponitur. possunt tamen haec verba quodammodo de Ioanne dici. Audite in insule. attentionem auditorum petit a rei magnitudine. Ab utero vocatus me. hoc i persona christi dicitur: de quo existenti in utero dixit angelus: vobis nomen eius iesum.

Quasi gladium. vehementiam christi sermonis exprimit. In vmbra manus suae. id est sub potestate. Sicut sagittam. ad transigendum eos qui reprehendebat. In pharetra sua. id est maiestatis suae prouidentia. Seruus meus. ratione humanitatis. Tu israel. sic appellatur christus. quia ex semine israel: aut a nominis aetymologia. quasi videns deum. In te glorior. per miracula.

EPISTOLAE

Formas ex utero. quia
 ah instanti conceptione
 corpus Christi fuit for-
 matum & animatū. Ut
 reducam iacob. s. popu-
 lum israel per doctrinam
 meā. Non congregabis.
 quia ex iudeis pauci cred-
 dent. In lucem gentium.
 qua succedent in heredi-
 tatem iacob. Salus mea.
 scilicet quam ego mitto.
 Reges videbūt. s. xpi mi-
 racula. Qui te legit. sub
 audi o christe.

In festo sanctorum
 Ioannis & Pauli.

Quis nos separas-
 bit a charitate.
 Iam exposita est
 supra in festo Geruasii &
 Prothasii martyrum.

In vigilia Petri &
 Pauli apostolorū.

Petrus & Ioannes alce-
 debāt. Ex actibus apo-
 stolorū. capite. iij. In
 quo ponitur miraculum
 de claudō sanitati Pe-
 tro restituto. Orationis
 nonā. hoc est terciā post
 meridiem. Raiulabatur.
 quia non poterat pedibus
 insistere. Eleemosynā. i.
 misericordiā. & scribitur
 duplex. e. Ut eleemosynā
 acciperet. s. ab illis erogā-
 ribus. Respice in nos. i.
 attende ad ea quae dicimus
 tibi. At ille intelligebat. i.
 attente aspiciebat. Quod
 habeo. a deo. mihi traditū.
 s. curandi potestatem.
 Surge & ambula: quia an-
 tea neutrum poterat face-
 re. Bases consolidatę. i.
 crura quae sunt tunicę su-
 stinendi corporis molē.
 Stetit. pedibus insistens.

usque ad extremum terrarum. Reges videbunt
 & consurgent principes: & adorabunt do-
 minum deum tuum: quia fidelis est & san-
 ctum israel qui te elegit.

Ioannis & Pauli. Lectio beati
 Pauli. Ad Romanos. Cap. viij.

Fratres. Quis nos separabit a charita-
 te dei. Tribulatio: an angustia: an pers-
 secutio: &c. ut supra.

In vigilia Petri & Pauli.

Lectio Actuum. Cap. iij.

In diebus illis. Petrus & Ioannes ascende-
 bant in templum ad horam orationis nonam.
 Et quidam vir qui erat claudus ex utero ma-
 tris suae baiulabatur: quem ponebant coti-
 die ad portam templi: quae dicitur speciosa:
 ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in
 templum. Is cum vidisset Petrum & Ioan-
 nem incipientes introire in templum: roga-
 bat ut eleemosinam acciperet. Intuens autem in
 eum Petrus cum Ioanne dixit. Respice in nos. At
 ille intendebat in eos: sperans se aliquid acceptu-
 rum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum
 & aurum non est mihi: quod autem habeo: hoc
 tibi do. In nomine Iesu christi nazareni surge
 & ambula. & apprehensa manu eius dex-
 tera allenauit eum: & prout consolidatae
 sunt bases eius & plantae: & exiliens stetit: &
 ambulabat. & intrauit cum illis in templum am-
 bulans & exiliens: & laudans deum: & vidit
 omnis populus eum ambulantem & laudantem
 deum. Cognoscebant autem illum: quoniam ipse erat qui
 ad eleemosynam se dabat ad speciosam porta-
 m templi. Et impleti sunt omnes stupore & eccl-
 si in eo quod contigerat illi.

In die Petri & Pauli. Actuum
 Apostolorum. Capite. xij.

Seupore stupobat, de tā p̄senti miraculo. Et cōstati. p̄p̄tum est. scrib̄i q̄ non per. x. & c. sed per. c. sed si quispiam dixerit tantum valere. x. quā d̄m̄ est. ergo potest poni alterum pro altero. Ad hoc respondetur quod verum est. si. c. pertineant ad eandem syllabam. tamen in exta. x. pertineret ad vocalem p̄cedentem tota. in exta. vero. c. pertinet ad. e. p̄cedentē. & est ad. a. sequentem. nam cō-

IN diebus illis. Misit Herodes rex magnus: ut aligeret quosdam de ecclesia. Occidit autē Iacobū fratrem Iohannis gladio: vidēs autē quia placeret iudicis apposuit ut apprehenderet & petrum. Erāt autē dies azymorum. Quē cū apprehēdisset misit in carcerem: tradēsque quattuor quaternionibus militū ad custodiēdum eū: volens post pascha p̄ducere eū populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oros autē fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū p̄ eo. Cū autē p̄ductorus esset eum Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites vincus catenis duabus. Et custodes ante ostiū custodiebant carcerē. Et ecce angelus dñi astitit: & lumē refulsit in habita. culo carceris. Percussosque late re Petri: excitauit eū dicens. Surge velociter. Et cōtinuo ceciderunt catenae de manibus eius. Dixit autem angelus ad eū. Præcingere & calceas tuas. Et fecit sic. & dixit illi. Circunda ubi vestimentum tuum & sequere me. & exiens sequebatur eū. & nesciebat quia verum esset quod fiebat per angelū. Existimabat autē se visum videre. Trāseuntes autē primam & secundā custodiā venerunt ad portā ferream quæ ducit ad civitatē: quæ vltro aperta est eis. & exeuntes processerunt vicū unū: & cōtinuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere: quia misit dñs angelum suū: & eripuit me de manu Herodis & de omni expectatione plebis iudæorum.

ponitur ab. ec. particula greca & italis. vt fit. ec. ex italis itatio. latine. ex cessus.

In festo Petri & Pauli apostolorum.

Misit herodes rex magnus. Ex actibus apostolorum capite. xij. In quo ponit Iacobi zebedei cedes & Petri incarcerationis. Herodes qui agrippa cognominatus est. Frater Iohannis. scilicet evangelistae. Dies azimorum. in quibus non licebat quēquam occidere. in quo Petri cedes edidit. Producere. id est morti tradere. Producturus. scilicet die insequenti post festum azymorum. In ipsa nocte: scilicet quæ precedebat diem productionis. Calceas tuas. genus calcearum. Pecit sic. vt angelus dixit. Visum videre. id est in somnio in somno. Custodiam. scilicet militum custodiēdium carcerem. Portam ferream. quæ erat vltima exeuntibus carcerem. Vicum unū. post exitum carceris. Ad se reuersus. id est vigilans: quia antea putabat se esse in somnis. De omni expectatione. quia expectabant illius egedem.

In festo Pauli
Apostoli.

N in

EPISTOLAE

Notum vobis facio euangelium. Ex epistola Pauli ad Galatas cap. i. In quo apostolus ostendit doctrinam quam predicat esse ab auctoritate dei profectam. Secundum hominem, id est ab humana inuentione. Ab homine, id est ab aliquo ex discipulis domini. Audistis, narrat quomodo ad apostolorum venerit. Expugnabam illam, pro oppugnabam & persequabar. Aemulator, zelator: quia zelo quodam legis meae omnia illa faciebam. Placuit ei, scilicet deo, ex utero matris, isyriam, quae me nutrebat. Filium suum in me, id est per me. In gentibus, unde gentium doctor est cognominatus. Carni & sanguini, id est iudeis, ex quorum eram sanguine: sed totum me tradidi christo. Neque ueni Hierosolymam, ut audire christi doctrinam ab apostolis & discipulis christi. In Arabiam, nondicit quam cum sint arabiae tres, Damascus, scilicet urbem Syriae. Post annos tres, & ista non predicabat antea: quae dicitur ab apostolis: sed quae per reuelationem est doctus. Diebus quindecim, in quibus quaedam de sacris litteris cum coegit, non de nouo didicit. Iacobum fratrem domini, ad differentiam alterius Ioannis fratris. Quae scribo vobis, subaudi vera sunt: hoc est: quod non didicit euangelium ab aliquo apostolorum: id est iureiurando confirmat, Syriae & Ciliciae, ut predicarem gentibus euangelium. Ignoratus facie, quia illos non uidebam neque illi me: nisi per nomen tantum. In me glorificabant dominum, id est per me.

Pauli apostoli. Lectio Pauli, ad Galatas. Capite i.

Fratres. Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud: neque didici: sed per reuelationem Iesu christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaeis: quoniam supra modum persequabar ecclesiam dei: & expugnabam illam: & persequabar in iudaeismo supra multos coetanos meos in genere meo: abundantibus aemulator existens patrum meorum traditionum. Cum autem placuit ei quae me segregauit ex utero matris meae: & uocauit per gratiam suam: ut reuelaret filium suum in me: ut euangelizarem illum in gentibus. Continuo non acquieui, carni & sanguini: neque ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abi in Arabiam: & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres ueni hierosolymam uidere Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem nisi Iacobum fratrem domini. Quae autem scribo vobis: ecce coram deo: quia non mentior. Deinde ueni in partes Syriae & Ciliciae. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudeae quae erant in christo. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequabatur nos: aliquando nunc euangelizat fidem: quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant dominum Iesum christum.

¶ In octaua sacri iohannis.

VNicuique nostrum data est gratia. Iam exposita est supra in vigilia ascensionis domini nostri Iesu christi.

¶ In festo visitationis beate Marie virginis.

Benedixerunt illam omnes. Ex Libro Iudith vidua capite. xv. que verba de Iudith sunt dicta: & possunt virgini deipare accomodari.

In octavo die sancti Iohannis. Pauli ad Ephesios. Capite iij.

FRatres. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. & c. vt supra.

In die visitationis beate Marie virginis. Lectio libri Iudith. Capite. xv.

Benedixerunt illam omnes vna voce dicentes: tu gloria Ierusalem: tu letitia israel: tu honorificetia populi nostri: quia fecisti viriliter: & confortatum est cor tuum: eo quod castitatem amaueris. Ideoque manus domini confortauit te: & eris benedicta in eternum.

In octavo die Petri & Pauli. Ecclesiast. Cap. xliij.

Hisunt viri misericordie: quorum iusticie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancti nepotes eorum: & in testamentis stetit semine eorum: & filij eorum propter eos vsque in eternum manent. Generatio eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum uiuent in secula. Sapientiam eorum narrent populi: & laudem eorum pronunciet omnis ecclesia sanctorum.

Apollinaris martyris. Ad Timotheum secunda. Cap. ij. & iij.

Charissime. Memor esto domini nostri Iesum christum resurrexisse. & c. vt supra.

Omnes qui exierant in occursum Iudith redeuntis ex victoria de Holoferne. Gloria: ornatum & decus. Viriliter. hostem nostrum occidendo. Confortauit te. id est. dedit tibi fortitudinem & robur. Benedicta in eternum. per famam & gloriam.

¶ In octaua Petri apostoli.

Hisunt viri misericordie. Ex libro Ecclesiastici capite. xl. iij. quibusdam tamen immutatis. Viri misericordie subaudi digni: aut quod in alios misericordes fuerunt. Per seuerat bonum. id est hereditas. In terra promissionis. hoc est gloria sempiterna. Propter illos. id est propter merita patrum. Non derelinquetur. quia manebit apud posteros illorum memoria. In pace sepulta sunt. cum spe resurrectionis. Viuent in secula. per illorum memoriam in hac vita & in futuro seculo.

¶ In festo Apollinaris martyris.

Memor esto domini nostri. Ex epistola ad Timotheum secunda cap. ij. & iij. que iam exposita est supra in epistola Petri martyris.

EPISTOLAE

¶ In festo Germani episcopi.

